

KRISTNI-SAGA

OK

ÞATTR AF
ISLEIFI BISKUPI.



Sumtibus Legati Magnæani.

KRISTNI-SAGA,

ſive

Hiſtoria Religionis

Chriſtianæ in Islandiam introductæ;

nec non

ÞATTR AF

ISLEIFI BISKUPI,

ſive

Narratio de Isleifo Epiſcopo;

Ex Manuſcriptis Legati Magnæani

cum Interpretatione Latina, notis, Chronologia, tabulis Genealogicis, & Indicibus, tam rerum, qvam Verborum.



HAFNIÆ 1773.

EX TYPOGRAPHEO REGIÆ UNIVERSITATIS APUD VIDUAM A. H. GODICHE, PER FRID. CHRISTIAN. GODICHE.

R E G I.

Alacres & obſeqventisſimi ad ſacellum Muſarum tuarum, DOMINE, primitias deferimus antiqvitatum, qvas publicari jubes, Septentrionalium, HISTORIAM INVECTI ET ASSERTI CHRISTIANI CULTUS IN ISLANDIA. Carum TIBI inſulæ nomen eſſe novimus, qvæ, poſtqvam ſua eſſe deſiit, Norvegiæ TUÆ ſemper & fideliter adhæſit, eàmqve TE, ut veram & non ignobilem ditionis TUÆ partem, neutiqvam ut annexam bonis ædibus ſervitutem, ſpectare. Nec obſtat, qvòd re-

 giam

giam beneficentiam necessitates ejus freqventer implorent; ita enim TIBI abundet aurea messis, ut TU lubens lætusqve egentibus TUIS congiaria distribueres. Perspicuum qvidem est, ultimam hanc, ut olim credita est, Thulen, qvamvis & piscoso mari gaudeat, & opimis pascuis, nihil tamen in se continere, qvod aut cum Cimbriæ, contiguarumqve insularum arvis frugiferis, & amoenitate locorum, aut cum illius, qvam supra nominavimus, regionis, foetis metallo

mon-

montibus, ſylvisqve ſemper virentibus, componi posſit; At verò, ſi ad fulgentem & triumphalem illius Deæ, qvæ cunctos, qvotqvot excelſioris ſunt animi, poſt ſe trahit, currum reſpicimus, non deeſt Islandiæ, unde, ſicut ex paterno in illam amore TIBI dudum parta eſt gloria, ita ex priſca inſulæ gloria amor illius TIBI enaſci potuerit.

Illa qvippe gens exemplo, mirum, qvàm inſolito, & vix, niſi antiqvisſimis temporibus, audito, (confluxerat enim ex diverſis familiis, nullo duce,

nullo inter ſe civitatis vinculo connexis) proprio ſibi Marte Rempublicam conſtituit, regimine ornavit, jura legesqve condidit, inter civilium disſidiorum miſerias ſtrenuos bellatores excitavit, commercia longe latèqve exercuit, ad Orientis clauſtra cum laude penetravit, Oceanum navigavit, ignotas indagavit terras, colonias deduxit, in illa ignorantiæ caligine bonas litteras excoluit, novum, & artificioſum Poëſeos genus, ſi non excogitavit, certè perfecit & perpolivit, &, qvod

caput

caput eſt, ſesqviſeculi ſpatio tantam bonorum ſcriptorum, veracium inprimis hiſtoricorum, effudit copiam, ut, (fidenter dicimus) totus ille reliqvus qvantus eſt, ſeptentrio, & ante, & tunc, & diu poſtea, vix decimam eorum partem oſtendere potuerit.


Sed, ut hæc olim fuerunt, ita nihil nobis ardentius vovendum eſt, qvàm ut ſplendoris hujus, TUO ſub ſceptro, iterum emergat radius. Qvid enim eſt felicius, DOMINE, fauſtiusqve, qvid viſu

ſu dignius, qvam pii, prudentis, clementis Principis mores & conatus in univerſo populo, tanqvam in ſpeculo, repræſentati.

Scribebamus Hafniæ d. 4 Sept.
MDCCLXXIII.

Sc-viri
Antiqvitatibus Septentrionalibus
evulgandis conſtituti.

Ad



Ad Lectorem.

Parti orbis eruditi jam pridem innotuiſſe non dubitamus, Monarcham noſtrum, qvi ingenitam & verè regiam in Muſas propenſionem, tot tantisqve documentis, etiam apud exteros, dudum manifeſtavit, hoc inter alia curæ cordiqve habere, ut qvæ ad illuſtrandam regnorum ſeptentrionalium antiqvam hiſtoriam aliqvid conferre poſſent, monumenta in lucem proferantur.

Com-

Commodum ad manus erat copiofus & qvantivis pretii thefaurus Codicum Mftorum, qvem fumma & induftria & judicio, vir, nullo hac in re præconio inferior, ARNAS MAGNÆUS, Islandus ipfe, Antiqvitatum Septentrionalium in alma Havnienfi Profeffor, inveftigaverat, collegerat, inftruxerat, &, e mediis funefti Hafnienfis incendii flammis qvafi miraculo ereptum, Univerfitati cum lauto legato moriens reliqverat, eum in finem, ut fcripta, qvibus abundabat, fenfim in ufus publicos typis vulgarentur.

Hunc igitur thefaurum Auguftus nofter excuti jusfit per nos, binos nempe *Inftituti Arnæani* Ephoros, & qvatuor infuper, qvos hujusmodi ftudiis ab ipfa juventute delectatos fuiffe inaudiverat, fcripta a. d. 24 Septembris 1772 lege, qva in hoc jubemur incumbere, ut non folum prolixa, & majoris

ris momenti opera prælo matura reddantur, ſed & interim qvovis anno unum ſaltem ſcriptum in conſpectum prodeat. Atqvi non inficiandum eſt, agitata de negotio hoc perficiendo conſilia hactenus intra ſolum fere conatum ſubſtitiſſe, idqve tam diu, ut Resp. litteraria ab actione ad exhibendum, ſi flagitaſſet, tandem vix jure depelli potuiſſet.

Obtulerunt ſe ſtatim ab initio impedimenta qvædam, qvæ non ſine moleſtiis amota ſunt. Succesſit aut otii defectus, aut opportunitatis. Rerum deniqve vicisſitudines & ipſe ſeculi aliqvamdiu obfuit guſtus. Ne tamen interea temporis nihil actum qvis credat, ſciendum eſt, duobus Studioſis Islandis, qvorum unus, Johannes Olavius, ab ipſo ARNA nominatus & adhuc ſuperſtes eſt, numerato annuo ſtipendio jugiter commiſſum fuiſſe, ut textus

textus conferrent & corrigerent, exemplaria deſcriberent, Gloſſaria concinnarent, intricatas ſæpe & abſtruſioris ſenſus Odas explanarent, & qvæ ſunt reliqva. Hiqve cum neutiqvam bonas horas deſidia aut incuria perdiderint, effecerunt, ut eo paratior nobis ad ædificandum diſpoſita ſit materies. Interim tamen nobis

Magnum maris æqvor arandum eſt.

Habemus enim irriguos illos fontes, unde religionis, poëſeos, imo incunabulorum gentis noſtræ notitia manat, decantatisſimas nempe *Eddas*, alteram *Sæmundi*, alteram, qvæ *Snorronis* nomen præfert, &, ſi *Scaldam* annumeres, qvadripartita eſt. Habemus integros & plenos codices hiſtoriarum, qvæ circa heroica verſantur tempora, qvarum & catalogum collectioni ſuæ intexuit *Biörnerus*, & editiones præoccuparunt vicini noſtri & conſangvinei,

nei, qvorum laboribus cum fructu, & ſine invidia, qvin & grato, ut par eſt, animo, dudum fruimur, plurium qvoqve ineditarum, & qvæ adhuc litteratum orbem laterent, niſi iis ſubinde *Torfæus* uſus fuiſſet, earumqve præcipuè in *Serie*, & *Hiſtoria Norvegica*, mentionem feciſſet.

In *Heimskringla*, ſive luculenta illa *Snorronis Sturlæi* hiſtoria Norvegica, diu multumqve apud nos deſudatum eſt, eamqve *Peringskiöldiana* illa melioris notæ editione, pleniorem, correctiorem, &, favente Numine, coeptis viri docti nobisqve amicisſimi, qvi expeditionem in Norvegiam litterariam ſumptibus regiis nuper aggreſſus eſt, ornatiorem aliqvando prodituram ſperamus.

Ex iis verò autoribus, qvi *Snorroni* qvaſi latus jungentes, eadem cum ipſo interdum intervalla tempo-

rum deſcripſerunt, posſidemus non modo duas illas omnino diverſas *Olavi Tryggvii filii*, hiſtorias, qvarum unam qvidem *Thorlacius* Skalholti 1689, alteram *Reenhielmius* Upſaliæ 1691, vulgarunt, at majorem curam, limamqve ulteriorem deſiderantes; ſed etiam duplicem *Olafi Sancti*, ejusdem planè conditionis, *vitam*, præter ſingulares alias, nec numero paucas, virorum illuſtrium, qvæ etiam ad Magni Boni, Haraldiqve Severi tempora ſe extendunt.

Inter ea, qvæ *Snorronem* excipiunt, monumenta, Regum *Sverreris* & *Haconis Haconidæ* eminent *hiſtoriæ*, perpetuam rerum geſtarum ſeriem per integri ferè ſeculi decurſum exhibentes, qvibus proxime accedit *vita* Skalholtenſis Epiſcopi *Arnæ Thorlacii*, vulgo *Arna Biſcops-Saga*, qvam ſi nobis temporum invidiſſet injuria, æter-

æternum nos fugiſſent præcipua capita civilis ſub regibus Magno Lagabæter, ejusqve filio Erico Cleromacho, regiminis, funeſtorum inprimis disſidiorum, qvæ imperium & ſacerdotium ſub his regnis interceſſerunt, & tam fervidis animorum motibus, tamqve indecentibus, ut ita dicamus, altercationibus celebrata ſunt.

Originibus Norvegicis (nam de Islandicis nondum ſermo eſt) adjungendæ ſunt confines, eæ nempe, qvibus prælucentibus *Orcades*, *Færoam*, *Grönlandiam*, *Vinlandiamqve*, antiqvas, immortalis noſter *Torfæus* illuſtravit. Tales ſunt *Orkneyinga-Saga*, opus præclarum, *Sagæ Eiriki Rauda*, *Thorfinni Karlsefnii*, *Einaris Sockii* filii, tum *Floamanna Saga*, *Foſtbrædra Saga*, i. e. Thorgeiris Havardi filii, & Thormodi Kolbrunarſkald, qvi Grönlandiam freqventarunt, hiſtoria, & aliæ.

In Islandiam transeuntibus numerosum scriptorum agmen obviam venit. Brevitatis studiosi paucos delibabimus.

In historia sacra occurrit, & hanc, qvam nunc damus, proximè insecutura est *Hungurvaka*, qvinqve primorum Skalholtensium Episcoporum gesta exponens. Habemus præterea *vitas* trium episcoporum, qvibus sanctorum turbam Septentrionalis auxit Ecclesia, *Johannis Ögmundi* filii & *Gudmundi Boni*, Holensium, & *Thorlaci Thorhalli* filii, Skalholtensis; Item *historiam* Episcoporum *Pauli*, *Arnæ Thorlacii*, &, qvæ primo loco memorari debuisset, *Laurentii Kalfi* filii, insignis ad res ineuntis seculi XIV. enucleandas utilitatis commentarium.

Historiæ civili facem præferunt, præter *Landnamam*, qvæ non nostris qvidem, æqvè faustis tamen auspiciis, prope-

propediem exitura, occupationem Islandiæ, primorumqve adqvirentium genealogias ad feculum usqve XI, & qvod excurrit, etiam borealis idiomatis ignaris, graviter & fuccinctè narrare poteft, alia non levioris momenti Volumina, ut *Eyrbyggia-Saga*, *Laxdæla-Saga*, *Vatnsdælafaga*, *Egils-Saga Skallagrimsfonar*, *Nialsfaga*, & palmaria illa *Sturlungafaga*, omnium Infulæ fatorum factorumqve a feculo XII ad Reip. occafum inculpata teftis, qvæ, qvafi redivivi *Snorronis*, & fidem præftat, & reducit eloqventiam.

Poft honorificam *Sagarum* mentionem ad *Annales* veniendum eft. Ignofcat Clariff. *Auguftus Ludovicus Schlözerus*, qvi in libro *de rebus feptentrionalibus in genere* p. 216. 217. fatis clarè, & absqve verborum ambitu edixit: Omnem omnino *Annalibus* noftris fidem habendam effe, *Sagis* verò

 nullam

nullam. Ignoſcat, &, meliora doctus frivolam hanc nulloqve plane fundamento nixam diſtinctionem miſſam faciat. Voce *Saga*, a verbo *ſegia*, dicere, ſignificatur *narratio* qvævis. Habemus veraces *Sagas*, & fabuloſas, nec *Annalium* noſtrorum alia eſt ratio, & reipſa hic obtinet illa Aſellionis apud Gellium 5, 18. finitio: *Annales*, qvid qvovis anno factum ſit, pronunciare, *Sagas* verò, qvo conſilio, qvaqve ratione factum ſit, demonſtrare. Si cui verò formam vultumqve annalium noſtrorum noſcere volupe eſt, adeat, ſpeciminis inſtar, *Annales* illos *Islandicos vetuſtiores*, qvi inter *Scriptores Rerum Danicarum* Tomo II. No. LV. p. 177. ſqq. comparent.

De antiqvarum legum codicibus minus ſolliciti ſumus. Cum enim Conſiliarius Status *Kofod Ancher*, qvi in *Corpore juris Danici antiqvi* promulgando

gardo hodie totus eſt, qvotqvot eorum huic ſcopo inſerviunt, ſagaciter excuſſerit, qvin paria Themidi Norvego-Islandicæ officia Labeo noſter præbere velit, nulli dubitamus. *Diplomata* verò, qvorum apparatum ſatis inſtructum oſtendere poſſumus, qvatenus ad Res Eccleſiaſticas Islandiæ pertinent, ab interitu partim vindicavit, & ulterius vindicabit ſumme venerabilis epiſcopus *Finnus Johannæus*, in *Hiſtoria* ſua *eccleſiaſtica Islandiæ.*

Et certè injurii eſſemus in memoriam, nunqvam oblitterandam b. ARNÆ, ſi vitam ejus & merita, indefeſſosqve labores, ſi notitiam pretioſæ illius Codicum, qvos legavit, penus, curatamqve circa eos diligentiam, ſi deniqve tot eruditionis & in litteras amoris, qvæ dedit ſpecimina, ſilentio premeremus. Unus ex nobis archetypam viri imaginem, a *Hialltio*

Thorsteinis filio, territorii Isafiordensis olim Præposito, ad vivum depictam, inter ornamenta Musei sui custodit, unde caput in brevius contractum, ærique incisum, frons libri repræsentat.

Sed ut hæc, & plura, favente Deo, suo curanda sunt tempore, ita nunc properantibus nobis, ut desideriis optimi Regis qvantò ocius iremus obviam, circumspiciendum erat de scripto aliqvo, nec grandioris molis, nec operositatis nimiæ, utilitatis tamen non adeo vulgaris. Prævorsi igitur sumus ad hoc, qvod damus, opusculum, utpote qvod & historiæ generalis Islandiæ ab anno 981 ad 1121 vicem qvodammodo subire potest, & non exilem cum historia Norvegiæ nexum habet, sicut enim regiminis sub Haralldo pulchricomo mutatio dissidentium Norvegiæ civium animos alienaverat, & ad Islandiam

occu-

occupandam inſtigaverat, ita religio chriſtiana primam ad eosdem reconciliandos viam rurſus aperuit, innuente id ſ. v. *Finno Johannæo* Hiſt. Eccl. Island. Tom. I. p. 50, qvi liber ob ſelectæ eruditionis, & judicii limati, & pectoris a partium ſtudio vacui notas, ſi qvis alius, legi meretur.

Qvod ad narrationis indolem attinet, omnia nudè & candidè, absqve ambitu verborum, & planè ſicut geſta ſunt, recenſentur; Commentitia miracula, violentiæ, pugnæ ac cædes utramqve paginam faciunt, & barbarum ſeculi genium ubiqve internoſcis.

Probè novimus, qvam talia arrideant inſanientis ſapientiæ conſultis, qvi, qvid de divinitate cultus per ejusmodi facinora intruſi ſentiendum ſit? malignè qværent, eodem ore, qvo ſæpius inſuſurrant: Fatendum

 eſſe,

eſſe, mundum qvam pesſimè gubernari, ut hanc ſcilicet inde concluſiunculam eliciant, Numen, ſi qvod exiſtit, mortalia non curare. Atqvi, ſicut ex hoc ultimo argumento ipſum ejus, qvod colligere deberent, contrarium colligunt (verum enim eſt, tanto magis curare, &, ni faceret, dudum neqve virtutes ſupereſſe potuiſſe, neqve bonos mores), ita ex primo firmitatis aliqvid ſententiæ ſuæ acqvirendi ſpes eis vel minima animi intentione adhibita decollare debet.

Fingamus enim exercitum, ex novis & inexpertis hominibus conflatum, qvos inter vix auditum unqvam diſciplinæ nomen, duces, æqvè militiæ, ambitioni, luxuriæ, rapinis deditos, incautos, nunqvam unanimos, ſæpius inter ſe, qvam cum hoſtibus digladiantes, hanc vero colluviem totum ſibi terrarum orbem ſubjugandum

dum proponere. Consulatur haruspex vel peritissimus, & qvid aliud pronuntiabit, qvam ne oportere qvidem in aciem egredi contra tam inanes copias, qvæ vel exiguo pulveris jactu perculsæ diffluant & evanescant? Interim exercitus noster exeqvitur qvod animo præsumserat; Instar hyberni fluminis, qva fertur, omnia torrente suo involvit, munitissima castella dejicit; nihil apud hostes tam aut majestate venerandum, aut sanctitate septum offendit, qvod non evertat, proculcet, internecione deleat, adeoqve insuper ludibrio exponat, ut ipsæ ruinæ etiam cultoribus suis & risus fiant & fabula, breviter, omnia facit, qvæ in illo Christianæ religionis cum Idololatria conflictu facta esse nemo nescit. Qværimus jam, an Camilli, Alexandri, Pompeji, Cæsares, an deniqve integrum Romanæ virtutis & constantiæ

tiæ robur, ſi, qvod per omnes Reip. ætates diſperſum erat, in unum qvaſi corpus colligatur, his patrandis ſufficerent.

Certè aut ultro cæcutimus, aut hic non poſſumus non agnoſcere veſtigia Imperatoris illius unici, æterni, omnipotentis, invicti, qvi, ſi libuerit, ipſas locuſtas in ferrugineos, ignemqve & ſulfura vomentes cataphractos transformat, nec dubitare, qvin Chriſti cultus ipſi curæ cordiqve fuerit. Sed hæc hactenus, neqve adeo hujus ſunt loci.

Procedimus igitur ad hunc, qvem præ manibus habemus, ſcriptorem, in tempora, qvibus floruit, paululum inqviſituri. Ætate inferiorem *Ario* polyhiſtore, qvi 1148 decesſit, fuiſſe, ejusqve ſcriniis non pauca nec vulgaria debuiſſe, vel ex ipſis, qvæ nobis reſtant, *Arii Schedis* conſtat, qvæ

qvidem

qvidem adiiſſe laudabile, ſi qvod unqvam, conſilium fuit, cum eo majorem ſibi apud poſteros fidem conciliaverit. Qvin & *Arium* nomine, &, ut meretur, honorificè excitat p. 108.

Immo ad ſeqvens ſeculum, vel huic proximum ſine injuria eum deprimi poſſe opinamur. Dum enim caput ſextum ſic orditur: „ Olafr Kongr „ for af Irlande oc auſtr i Holmgard, „ enn or Holmgardi til Noregs, ſem „ ritat er i *ſögu hans.* “ Id eſt: *Rex Olafus ex Irlandia orientem verſus in Holmgardiam tendit, inde in Norvegiam reverſus eſt, ut in* Vita ejus *ſcriptum eſt:* vix dubitari poteſt, qvin reſpiciat ad *Oddum* monachum Thingeyrenſem, qvi, ut ad h. l. notavimus, in *vita Olai Tryggvii filii* (edit. *Reinhielmianæ* cap. 16. pag. 73.) eadem narrat. Vixit verò Oddus vergente ad finem Seculo XII & XIIItii initio. His probè

per-

perpenſis, & præſertim, cum ſtylus opuſculi antiqvum lingvæ genium non ſatis ſpirare videatur, ea nos duci conjectura facile pasſi ſumus, ut credamus *Haukum Erlandi filium* verum eſſe ejus autorem.

Fuit autem *Haukus*, qvi, docente id doctisſimo Epiſcopo *Finno Johannæo* in Hiſt. Eccl. Tom. I. p. 589, anno 1306 electus eſt Islandiæ Legifer, annò verò 1334 decesſit, concinnator *libri Originum Islandiæ*, qvi vulgò *Landnama*, & ſubinde *Hauksbok*, ideſt, *Codex Haukianus* appellatur. Atqve hoc qvidem extra omnem controverſiam eſt, ſed ut eundem etiam *Hiſtoriæ Chriſtianismi* manus admoviſſe credamus, non pauca ſunt, qvæ nobis perſuadent. Primò enim eam nusqvam ſeorſim, ſed ſemper alicui *Landnamæ* exemplo adjunctam reperimus; tum in *appendice*, quæ *Landnamam*

namam feqvitur, qvatuor codices Mfti Biblioth. Arnæanæ, ad locum, ubi 40 naves anno 1118 ad Islandiam appuliffe narratur, margini adfcriptum habent, in *libro Hauki* 35 *tantum numerari.* Atqvi id ipfum eft, qvod autor nofter Cap. XIV exprimit his verbis: „ þad fumar foro XXXV fkipa ut hingat." Deniqve ex fcripto qvodam *Johannis Gudmundi* inedito difcimus, eum *Hiftoriam Chriftianismi* pro parte *Haukiani Codicis* habuiffe, qvem qvidem virum in teftimonium advocare facile fuperfederemus, cum non integræ fatis apud populares fuos exiftimationis fuerit, nifi idem ftudiofus antiqvitatis fuiffet, & hinc ad minimum eluceret, conftantem eam feculo, qvo claruit, decimo feptimo famam fuiffe. De particula, qvæ qvasdam, in privata *Isleifi Epifcopi* Vita occurrentes, easqve non frivolas, circum-

circumſtantias continet, minus aqva hæret. Hanc, non antea vulgatam, ex *collectionis Arnæanæ* No. 554. Lit. H. in Qvarto, excerpſimus, variasqve lectiones addidimus ex *Codice Flateyenſi*, ubi in *Vita Olai Sancti* iterum occurrit; Cumqve in confeſſo ſit, vitam hanc *Styrmerum polyhiſtorem*, qvi, poſt *Arium*, cum *Sturlio Thordi filio* & *Kolskeggo polyhiſtore* ſymbolam contulit ad materiationes, qvas in *libro Originum* ſtruendo ordinavit *Haukus* (cf. *Torf. Seriem* p. 47 & *F. Johann. Hiſt. Eccl.* Tom. I. p. 213.) agnoſcere autorem, ſeqvitur, hanc laciniamejusdem qvoqve foetum eſſe.

Reſtat, ut ſubſidia, qvibus in procuranda hac editione uſi ſumus, breviter attingamus. Unicum hujus ſcripti nobis ſupereſt exemplar membranaceum, idqve valde mancum & mutilum, initio deſtitutum & fine, qva-

qvatuor tantum foliis, qvorum bina insuper cultelli violentiam pertulerunt, constans. Laceras has vetustatis reliqvias ad calcem codicis itidem membranacei, in Bibl. ARNÆ MAGNÆI No. 371. 4to, offendimus, qvi *Landnamam*, seu *librum Originum Islandiæ*, complectitur, & ab eodem, qvo codex ipse, librario circa initium Seculi XIV descriptus videtur, prout & literarum ductus, qvos præfixa huic præfationi lamella ærea exhibet, & ipsa fuligo, fidem faciunt.

Leviorem hanc jacturam effecit *Johannes Erlandi*, Pastor qvondam Villingaholtensis in Islandia, anno 1672 demortuus. Is, clariss. *Brynjolfi Svenonis*, Episcopi Skalholtensis, amanuensis, præter alia antiqvitatis monumenta, etiam hunc, de qvo loqvimur, *Landnamæ* codicem, & cum hoc simul, eam, qvam edimus, *Christni-*

Sagam, ſed, ut tunc erat, integram, deſcripſit; Apographum chartaceum, qvod cum codice ipſo, ne lapſibus qvidem calami exceptis, ex aſſe qvadrat, ſervant foruli *Arnæani* ſub No. 105. in fol.

Huic demum *Johannis Erlandi* apographo editionem ſuam ſuperſtruxit *Thordus Thorlacius*, Bryniolfi in Epiſcopatu Skalholtenſi ſucceſſor, & Manuſcriptorum ejus, qvoad magnam partem, hæres, qvi privilegio Regis, die 7 Aprilis 1688 dato, munitus, e carceribus officinæ typographicæ, qvam Ejusdem indulgentia antehac inſtruxerat, varia ad hiſtorias & Antiqvitates ſeptentrionales ſpectantia, forma qvarta, & ſine interpretatione, eodem anno emiſit, ut *Landnamam*, *Arii Schedas*, *Hiſtoriam Grönlandiæ*, *vitam Regis Olai Tryggvii filii*, & ſpeciatim *Hiſtoriam Chriſtianismi* in Islandiam introducti,

troducti, ſub titulo: *Chriſtendomsſaga hliodande um þad hvornenn chriſten tru kom fyrſt a Island:* adjectis qvidem notis vel lemmatibus margini allitis, ſed nec accuratis, nec ullius ponderis, ut ab editoris ipſius manu non eſſe profecta, liqvido posſis agnoſcere, qvare & eorum in editione hac noſtra nullam rationem habere potuimus.

Nunqvam ſane non laudanda eſt clariſſ. viri diligentia, &, ſiqvid eſſet, cur ei forſan leviter ſuccenſeremus, id ejus in recenſendis carminibus, qvæ huic hiſtoriæ interſperſa ſunt, operam unicè ſpectaret.

Notum eſt, & inter alios *Torfæus Serie* L. I. C. 6. jam docuit, ejusmodi odas non ab annalium concinnatoribus, qvaſi pro re nata, effictas eſſe, ſed, ſub ipſis rerum eventibus ab excitatioribus Poëtarum coætaneorum ingeniis procreatas, & a ſeqvioribus

hiſtoricis, ut indubitata veritatis teſtimonia, fundamenti loco adhibitas eſſe, pluresqve Scriptores ad easdem, velut ad communes fontes concurriſſe. Qvæ cum ita ſint, eademqve poëmata, qvæ hanc *Kriſtniſagam* ornant, etiam ob prædictam cauſam tam in *Nialsſaga*, qvam in *Olafi Tryggvii filii vita* legantur, fugit nos ratio, cur ea potius ex *codice Flateyenſi*, ubi Regis hujus vita occurrit, qvàm ex *Erlandini* apographo exſcribi curaverit, cum nominati codicis tam depravata hic ſit lectio, ut vix, ac ne vix qvidem commodus ex ea ſenſus elici potuerit, qvem tamen, duce apographo, feliciter ſatis nos extricaſſe confidimus.

Conſultis igitur, fragmento membranaceo, apographo chartaceo *Erlandino*, & editione impreſſa, (qvæ ſiglis M. c. & *impr.* notavimus) ut textus qvam maxime genuinus exhiberetur,

tur, operam navavimus, notatis ſubtus lectionum diverſitatibus; Religioni enim habuimus aliqvid aut mutare, aut ſubſtituere, cujus lectorem antiqvitatis ſtudioſum non admoneremus.

Interpretationem ita temperare conati ſumus, ut & Islandicæ lingvæ conſervaretur indoles, & ſcriptorem latino ore (ſi modo, qvicqvid ætate hac plus qvam ferrea ſcribitur, latinum dici poteſt) loqventem introduceremus. Eandem in convertendis carminibus paululum luxuriare pasſi ſumus, ſi forte umbram rhythmi ſpiritusqve poëtici vernaculi delineare nobis hac ratione contingeret.

Annotationibus adjunctis id egimus, ut narratio autoris, collatis aliorum ſcriptorum (qvorum cum pleriqve adhuc inediti ſint, honorificam mentionem facere, & præſentiam indicare, ſimul nobis volupe fuit) teſti-

moniis vel ſtabiliretur, vel emendaretur, unàqve nonnulla rituum, morum, legum, ut & alia ex antiqvitate capita obiter illuſtrarentur, brevitati ubiqve litantes, qvæ ratio eſt, cur duos prolixiores de *furore berſerkico*, & *centenario argenti* diſcurſus ad calcem amandavimus.

Operam dedimus, ut facta ſingula ad certos æræ Chriſtianæ reducerentur annos, qvos partim in notis exhibuimus, partim exteriori paginarum oræ adlevimus, neqve ſupervacaneum exiſtimatum iri, putamus, qvem ſuperaddidimus, Imperatorum, Pontificum, Septentrionalium Regum, rerumqve memorabilium *ſynchroniſmum*, ut, qvod decurrimus, intervalli, qvaſi compages qvædam chronologica hoc pacto appareat.

Statorum religionis chriſtianæ in Islandia *ſtemmata* prætermittere noluimus,

mus, cum ipsa se nobilitate commendent, utpote subinde Regum Principumqve nominibus superbientia. Gratos hac in parte labores nostros ipsis potissimum Islandis fore confidimus, qvi & studiosissimi semper genealogiarum scrutatores fuere conservatoresqve, & qvos inter adhuc vivunt, qvi ab aliqvo insulæ Solone aut Numa genus ducunt. Enim verò, sive hoc natura fiat & casu, sive educatione & cura, sive utroqve, salutare certe Reip. accidit, qvoties cum ipsa nobilitate fundamentum ejus, virtus, perpetuatur in prosapia.

Clauditur agmen duplici *indice*, virorum rerumqve, & vocum. Ultimum hunc eo consilio paululum ampliavimus, ut ad absolutum, qvod adhuc desideramus lingvæ borealis lexicon convasandum viam sternere possit, & in exterorum gratiam, qvibus

bus forte vocabula ad primitivam formam proprio Marte reducere nimis molestum foret, eadem in conversionibus suis, casuumqve, ut ajunt, & modorum & temporum obliqvitatibus ostendimus.

Vale, Lector candide, & aspirante aura divina, regiaqve favente clementia, plura a nobis & majora annis vertentibus exspecta.

Hafniæ d. IV. Sept. 1773.

Lüxdorph. Suhm. Kall. Möllmann. Langebeck. Erichsen.
Legati Magnæani Ephori.

Finsen.

KRISTNISAGA.

I. Cap.

A. C. 981 Nu hefer þat hverſu kriſtni kom a Iſland, at madr het Þorvalldr Kodranſſun, brodurſun Atla ens Rama, þeir varo ſyner Eylifs Arnar, (1) Bardarſunar or Al, Ketelsſunar Refs, Skidaſunar ens Gamla. Kodran bio at Gilia i Vatnsdal, oc var agiætr madr. Þorvalldr ſun hanns (2) for utan, oc var fyrſt i hernadi, enn lutſkipti þat er hann fekk, lagdi hann til utlauſnar herteknum mönnom, allt þat er hann þurfti eigi at hafa til koſtar ſer, af ſliko vard hann agiætr oc vinſæll. Þorvalldr for vida um ſudurlönd, hann fann i Saxlandi ſudur Biſkup þann er Fridrikr (3) het, oc tok

(1) *Landnamabok* part. 3. cap. 6. & *Olafsſaga Tryggvaſonar* Edit. Skalholt. part. 2. pag. 42. inferunt Atlium filium Skidii, nepotem Bardi.

(2) Hæc & plura de Thorvalldo exhibent *Olafsſaga Tryggvaſ.* part. 2. pag. 42-47. & vita ipſius Thorvalldi, vulgo dicta *Þorvalldsſaga Vidförla*, qvæ omnia viri fata copioſe enarrat.

Cap. I.

Incipit narratio de introducta in Islandiam religione Christiana. Erat vir qvidam, nomine Thorvalldus, filius Kodranis, Atlii Ramii ex fratre nepos. Erant (hi duo fratres) filii Eylifi Arnar, nepotes Bardi ex Al, pronepotes Ketillis Ref, filii Skidii grandævi. Kodran, vir illustris, habitabat in Giliaa, in Vatnsdal. Filius ejus Thorvalldus, ad exteros prædatum abiens, qvantum ei ab usu vitæ supererat prædæ, captivis redimendis impendit. Hinc illi & claritas nominis, & favor. Dum terras australes late pervagatur, ibidem in Saxonia incidit in Episcopum qvendam, Fridericum nomine, A. C. 981

(3) Qvis hic Fridericus fuerit, dubium est, nec in alium Germaniæ tum temporis Episcopum omnes, qvæ de nostro perhibentur, circumstantiæ melius qvadrant, qvam in Fridericum Episcopum Cizienfem, qvi Hugoni Anno 980 successit. vid. *Calles Annal. Eccl. German.* Tom. 4. p. 575. 584. Sed tamen

A. C. 981 tok af hanom ſkirn oc tru retta, oc var med hanom um rid. Þorvalldr bad Biſkup fara til Iſlands med ſer, oc ſkira födur ſinn oc modur oc adra frændur ſina þa er hanns radi villdo fylgia, Biſkup veitti hanom þat. Þeir Fridrekr Biſkup oc Þorvalldr kvamo til Iſlands ſumar þat er landit hafdi bygt verit (a) tiotio vetra (b), þa hafdi Þorkell Mani lögſögu (4), enn þeſſer varo þa ſtærſter höfdingiar a landeno: Eyolfr Valgerdarſun (5) nordur, oc Viga-Glumr (6), Arnor Kerlingarnef (7) Spakbödvarsſun, oc þeir Starri broder i Guddölum (8), Þorkell Krafla i Vatnsdal (9). Enn

(a) *Ita reſtituendum. Impr. habet.* ſextio, i. e. *ſexaginta, ſed* c. *lacunam ibidem relinqvit.*

(b) Oc ſiau vetur *add.* c. *& ſeptem hyemes*, qvod & reliqva monumenta hiſtorica confirmant.

tamen vero ſimillimum eſt, Fridericum hunc aut ſacerdotio ſolum initiatum fuiſſe, qvi in terra ethnica Epiſcopus facile ſalutabatur, aut etiam unum *Epiſcoporum in partibus infidelium*, qvi ordinatione epiſcopali ornati, & inter infideles agentes authoritate ſimul præditi erant, qvamvis nulla iis certa dioecefis aſſignata eſſet.

(4) Anno 981: ut præter *Annales Vetuſtiores* diſerte teſtatur *Olafsſaga Tryggvaſ.* part. 2. pag. 47.

ne, a qvo baptizatus, & veram religionem edoctus est. Post breve contubernium Episcopum rogavit, ut secum Islandiam peteret, parentes & qvotqvot consangvineorum auctoritatem ejus seqvi vellent, per baptismum initiaturus. Annuit precibus Episcopus. Ambo itaqve centesima post occupationem terræ hyeme ad Islandiam appellunt. Eo tempore Legifer erat Thorkell Mani, hi autem Optimates Insulæ præcipui: In Provincia boreali, Eyolfus filius Valgerdæ, Viga-Glumus, Arnor Kerlingarnef filius Spak-Bödvaris, Starrius & frater in Guddalis, Thorkell Krafla in Vatnsdal. In occi-

A. C. 981

(5) Vid. *Mantissa* qvæ *Landnamabok* subnectitur.

(6) Res ab eo gestas plurima ejus ætatis monumenta tangunt, data vero opera omnes exponit ejus vita, vulgo *Viga-Glumssaga* edita Holis 1756.

(7) De Arnore Kerlingarnef plura habet *Olafssaga Tryggvas.* part. 2. pag. 233-235 secundum qvam non fuit filius Spak-Bödvaris, ut hic perhibetur, sed Biornis, filii Thordi, occupatorum Islandiæ nobilissimi, qvod & *Landnamabok* part. 3. cap. 10. ulterius confirmat.

(8) Conf. *Landnamabok* part. 3. cap. 7. & part. 5. cap. 15.

(9) Multa viri fata & res gestas, præter alios enarrat *Vatnsdælasaga*, qvæ historiam tractus Vatnsdalensis in

A. C. Enn veftur voro þa: Ari Marsfun (10),
981 Asgeir Knattarfun (11), Eyolfr Grai (12), Geftr enn Spaki (13), Olafr Pa (14), Viga-Styr (15), Snorri Godi var atian vetra, oc hafdi tekit vid bui at Helgafialli (16), Þorfteinn Egilsfun (17), Illugi enn Raudi (18), oc (*) Þorkell Mani (19), oc Þor-

in boreali Iflandia, inprimis Ingemundi Grandævi & pofterorum, a tempore occupatæ Iflandiæ ad adventum Thorvalldi & Friderici, defcribit.

(10) Vid. *Landnamabok* part. 2. cap. 22; *Eyrbyggiafaga*, qvæ hiftoriam tractus Thorsnefenfis & vicinorum in provincia occidentali, a prima ejus occupatione, ad Snorrii Pontificis mortem circa annum 1031 defcribit; & pasfim qvoqve *Sturlungafaga*, qvæ hiftoriam totius Iflandiæ ab anno 1120 ad finem Reipublicæ, five annum 1264, libris undecim complectitur.

(11) Conf. *Landnamabok* part. 2. cap. 21.

(12) Vid. *Eyrbyggiafaga; Isfirdingafaga*, qvæ Havardi & filii Olai fata, & res, maxime feculo decimo, in tractu Ifafiordenfi geftas enarrat; & *Gifla Surfsonarfaga*, qvæ hiftoriam familiæ Syrdalenfis, qvæ feculo decimo floruit, continet.

(13) Vid. *Landnamabok* part. 2. cap. 28. *Olafsfaga Tryggvaf.* part. 2. pag. 219. 220. *Laxdælafaga* qvæ familiæ Laxdalenfis in occidentali, & *Nialsfaga*, qvæ tractus Rangarvallenfis in auftrali Islandia, hiftoriam, a prima occupatione, hæc ad annum circiter 1016, illa ulterius adhuc, perfeqvuntur.

occidentali: Arius, filius Maris, Asgeir filius Knatti, Eyolfur Grai, Geftus Sapiens, Olafus Paa, Viga-Styr, Snorrius Pontifex, qvi octodecim hyemes natus, villam Helgafiall adierat, Thorfteinus filius Egillis, Illugius Rufus, Thorkell Mani, Thoroddus Pontifex, Giffurus Al- A. C. 981

 bus,

(14) De illo plura fubminiftrant *Nialsfaga* & *Egilsfaga Skalla-Grimsfonar*, qvæ tractus Borgarfiordenfis in occidentali Iflandia, & imprimis Myramannorum familiæ hiftoriam defcribit, data tamen opera Olai vitam *Laxdælafaga* præ cæteris exponit.

(15) Exftant adhuc momenta præcipua & argumentum ejus *Vitæ*, qvæ vulgo *Vigaftyrsfaga* audit, & in incendio Havnienfi 1728 periiffe creditur. Sed præterea multa ab eo gefta *Eyrhyggiafaga* ab interitu vindicavit.

(16) Plurimæ qvidem hujus ætatis hiftoriæ viri prudentisfimi, fimulqve callidisfimi, mentionem injiciunt, præ cæteris tamen *Heidarvigafaga*, qvæ prælii a Bardo Gudmundi filio ad vindicandam fratris Halli cædem contra Borgfiordenfes initio feculi XI gefti hiftoriam & exitum defcribit; *Eyrbyggiafaga* & *Laxdælafaga* ejus vitam & res geftas operofe defcribunt.

(17) Vid. *Egillsfaga Skalla-Grimsfonar* & *Saga af Gunnlauge Ormstungu*, qvæ poëtarum Gunnlaugi & Rafnis vitam, qvæ in ultimam feculi decimi & primam feculi undecimi partem incidit, complectitur.

(18) Vid. *Landnamabok* part. 1. cap. 21.

(*) Videtur deeffe vox *fudur*, i. e. in Provincia auftrali.

A. C. Þoroddr Godi (20), Giſſor hinn Hviti
981 (21), Asgrimr Ellidagrimsſun (22), Hiallti Skeggiaſun (23), Valgardr at Hofi (24), Runolfr Ulfsſun (25), oc ſyner Örnulfs i Skogum (26). Enn auſtur: ſyner Þordar Freys-Goda (27), Sidu Hallr (28), Helgi Asbiarnarſun (29), Vigabiarni (30) oc Gæiter (31). Sva er ſagt, er þeir Biſkup oc Þorvalldr foro um Nordlendinga fiordung, oc taladi Þorvalldr tru fyrer mönnom, þviat Biſkup underſtod þa eigi Norrænu, enn Þorvalldr flutti diarfliga Guds erindi, enn fleſter menn vikuſt litt under af ordum þeirra, toko vid tru Önundr

(19) Conf. ibid. part. 1. cap. 9.

(20) Vid. loc. cit. libr. 5. cap. 13. *Nialsſaga* cap. 56. pag. 86. *Grettisſaga* pasſim, & imprimis *Floamannaſaga*, qvæ hiſtoriam tractus Arneſenſis in meridionali Iſlandia, & præcipue Thorgilſis Orrabeinis Alumni vitam, ab occupatione Iſlandiæ ad initia ſeculi undecimi, continet.

(21) Vix ulla eſt hujus ætatis hiſtoria qvæ viri laudes & geſta non tangat. Plurima tamen præter authorem noſtrum de eo ſubminiſtrant *Nialsſaga* pag. 72. 78-81. 85-87. 110. 114-117. 163. 180. 187-191. 216. 226-229. 243-245. 250. *Olafsſaga Tryggvaſonar* part. 2. p. 219-222. 240. & *Hungurvaka*, ſive qvinqve primorum Epiſcoporum Skalholtenſium vita.

bus, Asgrimus filius Ellida-Grimi, Hialtius filius Skeggii, Valgardus in Hof, Runolfus filius Ulfi, & filii Örnulfi in Skogis. In orientali: filii Thordi Pontificis Freyi, Sidu-Hallus, Helgius filius Asbiornis, Viga-Biarnius, & Geiter. Traditur, Episcopo & Thorvaldo provinciam borealem perambulantibus, cum ille lingvæ Norvagicæ nondum gnarus esset, Thorvaldum de fide amplectenda ad populum verba fecisse, DEIqve negotium strenuè gessisse, sed paucissimos dicto audientes habuisse. Acceperunt tamen conditionem Önundus Christianus A. C. 981

A 5 (*inde*

(22 & 23) Præter Authores not. 21. laudatos, plura de Asgrimo habet *Floamannasaga*, de Hialtio vero *Olafsfaga Helga*, five Olai Sancti NorvegiæRegis vita.

(24) Conf. *Nialsfaga* pag. 72. 99. 166. 167.

(25) Conf. *Nialsfaga*. cap. 51. p. 81.

(26) Vid. loc. cit. cap. 58. p. 89.

(27) Sc. Thorgeir, Steinn, Kolbeinn, Egill, Starkadus & Flosius. vid. *Nialsfaga* qvæ præsertim de Flosio multis agit.

(28) Ejus in monumentis patriæ coævis crebra mentio, plenissime tamen *Nialsfaga* & *Olafsf. Trygg.* de eo agunt.

(29) Vid. *Vopnfirdingasaga* & *Droplaugarsonasaga* qvæ ejus gesta fuse enarrant.

(30 & 31) Vid. *Vopnfirdingasagâ* multis.

A. C. 981 undr hinn Kriftni fun Þorgils or Reykiardal Greniadar (c) funar, oc Hlenni hinn Gamli fun Orms Töfkubaks, oc Þorvardr Spakbödvarsfun i Afi i Hialltadal, enn Eyolfr Valgerdarfun let primfignaft (32).

II. Cap.

Bifkup oc Þorvalldr varo at Gilia med Kodrani hinn fyrfta vetur (33) med þrettan manna, Þorvalldr bad födur finn fkiraft, enn hann tok þvi feinliga. At Gilia ftod fteinn fa er þeir frændur höfdu blotat (34), oc kölludu þar i bua armann finn. Kodran letft eigi mundi fyrr

(c) fun. *impr.* i. e. filius.

(32) Hanc Thorvalldi & Friderici expeditionem commemorant *Þorvalldsfaga Vidförla* & *Olafsfaga Tryggvafonar* part. 2. pag. 43. qvæ hanc verbi prædicationem ad annum feqventem 982 refert.

(33) Anno 981 exeunte & 982 ineunte.

(34) Qvod montibus, fluviis, animalibus, & aliis id genus rebus, fpiritus, genios, vel vim qvandam divinam, antiqvi feptentrionales ineffe crediderint, multis hiftoricorum teftimoniis aliisqve argumentis

(inde dictus) filius Thorgilsis ex Reykiardal, nepos Greniadi, Hlennius Grandævus, filius Ormi Töskubaki, & Thorvardus filius Spak-Bödvaris in As in Hialtadal. Qvin & Eyolfus filius Valgerdæ cruce signari voluit. A. C. 981

Cap. II.

Prima hyeme Episcopus & Thorvaldus cum tredecim sociis in Gilia morabantur apud Kodranem. Thorvaldus patri proposuit, ut baptizari se sineret; Ille vero cunctanter annuit. In Gilia erat lapis, qvem majores eorum religiose coluerant, utpote a genio suo tutelari inhabi-

tis probari posset. De cultu lapidum testes sunt *Landnamabok* part. 3. cap. 17. de Eyvindo filio Lodinis, qvi territorii occupati limitem esse voluit lapides nomine Gunnsteinos, qvos & religiose coluisse perhibetur; cui suffragatur *Hardarsaga ok Holmveria*, a *Bartholino Antt. Dan.* libr. 3. cap. 2. pag. 627. 628. laudata, qvi tamen hunc locum de idolo lapideo minus recte intellexisse videtur. A talibus vero spiritibus vel geniis lapides inhabitantibus, distingvendi omnino sunt Dvergar sive *nani*, qvos antiqvi lapides qvidem incolere crediderunt, sed honore divino non sunt prosecuti.

A. C. fyrr ſkiraſt lata, enn hann visſi hvor
981. meir mætti Biſkup edur armadr i ſteininum. Epter þat for Biſkup til ſteinsins, oc ſong yfer þar til er ſteinninn braſt i ſundur, þa þottiſt Kodran ſkilia at armadr var ſigradr, let Kodran þa ſkira ſic oc hiu hanns öll nema Ormr ſunr hanns villdi eigi vid tru taka, for hann þa ſudur i Borgarfiörd, oc kauper land at Hvanneyri. Ormr atti Þorvöru dottur Öſſurar oc Beru Egilsdottur Skalla-Grimsſunar, þeirra dotter var Ingvilldur er atti Hermundr Illugaſun. Sidan atti Ormr Geirlaugu dottur Steinmods or Diupadal, þeirra dotter var Bera er atti Skuli Þorſteinsſun. Þeir Biſkup oc Þorvalldr gerdu bu at Lækiamoti i Vididal oc bioggu þar fiora vetur. Þeir foru vida um Iſland at boda tru. Þeir Biſkup oc Þorvalldr varo at hauſtbodi i Vatnsdal at (d) Haukagili (35) med Olafi, þar var þa kominn Þorkell Krafla oc margt annara manna. Þar

(d) Gilia *impr.* c.

(35) Qvæ ſeqvuntur *Olafsſaga Tryggvaſ.* part. 2. pag. 43. 44.

habitari tradentes. Kodran prius se baptizatum iri negavit, qvam nosceret, utrum plus posset Episcopus an genius lapidis incola. Accedit Episcopus ad lapidem, & cantum super eum recitat, usqve adeò, ut disrumperetur. Unde Kodran genium superatum esse concludens, baptizari se fecit cum tota sua familia, excepto Ormo filio, qvi religioni nomen dare recusavit, & meridiem versus in Borgarfiord demigrans fundum Hvanneyri emit. Ormus uxorem duxit Thorvaram filiam Ossuris & Beræ, filiæ Egillis, qvi Skallagrimi filius erat. Eorum filia erat Ingvillda Hermundo Illugii filio nupta. Secundis nuptiis Ormus duxit Geirlaugam filiam Steinmodi ex Diupadal, ex qva genuit Beram, uxorem Skulii filii Thorsteinis. Episcopus & Thorvalldus in Lækiamoti in Vididal per qvatuor hyemes sedem figentes, interim late per Islandiam profecti sunt, ut Christianam religionem annunciarent. Dum convivio autumnali apud Olafum in Haukagilo in Vatns-

A. C. 981

43. 44. & *Vatnsdælasaga*, sed paulo aliter, referunt. Conf. *Finni Johannæi Hist. Eccl. Island.* Tom. 1. pag.

A. C. Þar komu berſerker tveir (*), er Haukr
981 het hvartveggi, þeir budo mönnom kugan, oc gengo greniandi oc odu ellda, þa bado menn Biſkup at hann ſkylldi fyrerkoma þeim. Epter þat vigdi Biſkup elldin adur þeir ædi, oc brunnu þeir þa miöc. Epter þat gengo menn at þeim oc drapo þa, oc varo þeir færder a fiall upp hia gilinu, þvi heiter þar Haukagil ſidan. Epter þat let Þorkell Krafla primſignaſt, enn marger varo ſkirder þeir er vid þennan atburd varo.

982 Þeir (36) Þorvalldr oc Biſkup foro i Veſtfirdinga fiordung at boda tru, þeir kvomu i Hvamm um alþing til Þorarins(e) Fylſennis, oc var hann þa a þingi, enn Fridgerdur kona hanns var heima, oc ſun

(e) Fyhennis c.

pag. 43-45. ubi & ipſa *Vatnsdælaſagæ* verba adferuntur. *Olafsſaga* loc. cit. hæc ad annum 985 vel 986

Vatnsdal interſunt, ubi tunc Thorkell Kráfla multiqve alii ſimul aderant, adveniunt duo berſerki, qvibus nomen Haukus ambobus erat, qvi unicuiqve inſultare, & rudere, & ignes per medios transire ſolebant. Rogatus epiſcopus, ut eos e medio tolleret, ignem, antequam transirent, conſecravit, qvo facto miserè ambuſti ſunt. Protinus, convivis in eos irruentibus, cæduntur, & cadavera eorum ad montem deportantur prope rivum ex fiſſura, cui poſtea exinde nomen Haukagil inditum eſt, delabentem. Hinc Thorkell Krafla ſe cruce ſignari paſſus eſt, multiqve alii teſtes hujus eventus baptizati ſunt. A. C. 981

Inde Thorvalldus & Epiſcopus in Provinciam Occidentalem profecti ſunt, ut ibi religionem Chriſtianam annunciarent, & comitiorum univerſalium tempore ad Thorarinem Fylſenni, qvi in Hvam habitavit, venerunt. Intererat ille 982

---

986 refert, Author vero noſter ad Annum 982 referre videtur.

(*) De berſerkis vide qvæ ad calcem hujus editionis paulo uberius annotata ſunt.

(36) Conf. *Olafsſaga Tryggvaſ.* part. 2. pag. 43.

A. C. ſun þeirra Skeggi. Þorvalldr taladi þar
982 tru fyrer mönnum, enn Fridgerdur var medan i hofino oc blotadi, oc heyrdi hvart þeirra ord annars, enn ſveinninn Skeggi hlo at þeim, þa kvad Þorvalldr þetta:

For ec (37) med dom hinn dyra,
Drengr hlyddi mer engi,
Gatom had (f) at hreyti
(g) Hlautteins goda ſveini.
Enn (h) vid (i) enga ſvinnu
Alldin (k) rigur (l) vid ſkalldı,
Þa kreppi (m) Gud gydiu,
Gall (n) ur heidnum (o) ſtalla.

Ekki letu menn ſkiraſt af þeirra ordum i Veſtfirdingafiordungi, ſva at menn viti þat, enn i Nordlendinga fiordungi höfnodo marger menn blotum,

(f) Af. *impr.* i. e. *â* (g) Hræteins. *impr.* (h) Med. *impr.* (i) Ognar ſennu. *impr.* i. e. *minace jurgio* (k) Ridur. *impr.* (l) At. *impr.* (m) Gerder. *impr.* (n) Um. e. (o) Stalli. *impr.*

(37) Ordo verborum in priori carminis parte hic eſt: „ Ek for med hinn dyra dom, engi drengr hlyddi „ mer, gatum had at ſveini hreyti hlautteins goda. „ Id

ille tum comitiis, ſed uxor Fridgerda filiusqve Skeggius domi erant. Dum Thorvalldus adſtantes ad Religionem amplectendam ſermonibus invitat, Fridgerda in templo numina invocat, ita ut alter alterius verba audiret; Puer vero Skeggius illos deriſit. Tunc Thorvalldus ita cecinit: A. C. 982

Rei pretioſæ fecimus præconium.
Linguis nemo favet, nemo virorum.
Sanna nos excipit puer ſacricola,
Verna aſpergilli ſaniem vibrans;
Dum moribus morata malis vetula
Anus Vati obſtrepit canenti
(Ita Dii angore crucient Antiſtitam)
Exululata delubri ab ara.

Nemo in occidentali provincia, qvantum ſcimus, ſermonibus eorum permotus eſt, ut baptizaretur, ſed multi in boreali, ab idololatria deſciſcentes, ſimulacra con-

B *frege-*

Id eſt: *Rem pretioſam tractavi, nullus vir mihi aurem præbuit; Irriſionem expertus ſum a puero, aſpergillum cruoris, idolis ſacri, agitante.* Ordo vero poſterioris partis hic eſt: „ Enn alldin rigur gall vid „ enga ſvinnu or heidnum ſtalla vid ſkalldi. Þa „ gydiu kreppi gud. „ Id eſt: *Sed annoſa mulier omnis urbanitatis expers ab ara profana poëtam* (me) *ſonora laceſſebat. Illam ſacerdotem Deus perduit.*

A. C. um, oc bruto ſkurdgud ſin, enn ſumer
982 villdu eigi giallda hóftolla.

III. Cap.

984 Þorvardr Spakbödvarsſun let gora kyrkiu a bæ ſinum i Aſi (38), þat likadi mönnom ſtorilla þeim er heidner varo. Madr het Klauſi ſun Þorvallds Refsſunar fra Bardi, hann var höfdingi, hanom likar þetta ſtorilla vid Þorvard, oc for hann at finna Arngeir brodur Þorvards, oc baud honom koſt a, hvart hann villdi helldur brenna kyrkiuna, eda drepa preſt þann er Biſkup hafdi þar til fengit, þa ſvarar Arngeir: let ec hvern minna vina at gora preſtinum mein, þviat broder minn hefer grimmliga hefnt ſmærri motgerda, enn gott rad ætla ec þat at brenna kyrkiuna, enn þo vil ec mer engo afſkipta. Litlo ſidar for Klauſi til um nott, oc villdi brenna kyrkiuna, þeir varo ſaman tio, enn er þeir komu i kyrkiugardin, ſyndiſt þeim ſem elldr fyki ut um alla gluggana a kyrk-

fregerunt. Erant qvoqve, qvi tributa fanis pendere detrectarent. A. C. 982

Cap. III.

984 *Thorvardus Spakbödvaris filius templum Christo in fundo suo in As ædificaverat, id qvod Ethnicis maxime displicuit. In primis optimatum unus, Klausius, filius Thorvaldi filii Refi ex Bardo, eapropter Thorvardo gravissime succensuit. Adit igitur Arngeirem Thorvardi fratrem, eiqve optionem dat, utrum mallet templum comburere, an sacerdotem ab episcopo ibi constitutum interficere. Arngeir respondet: Ego vero nemini amicorum auctor fuerim sacerdotem lædendi, frater enim meus etiam leviores offensas crudeliter ultus est; Consultius forte foret, templum comburere, sed, qvomodocunqve hæ res cadant, iis me immiscere nolo. Paulo post Klausius cum novem comitibus ad comburendum templum noctu proficiscitur. Ut ad cœmiterium veniunt, ecce ignis per omnes fenestras templi erum-*

 pere

(38) Conf. *Olafsfaga Tryggvaf.* part. 2. pag. 44. 232.

A. C. kyrkiunni, oc foro þvi brott, at þeim
984 ſyndiſt öll kyrkian elldfull. Oc er hann ſpurdi at kyrkian var eigi brunnin, for hann til adra nott oc Arngeir, oc ætladi at brenna kyrkiuna. Enn er þeir höfdo uppbrotit kyrkiuna, þa kveikti hann elldin med fiallrapa þurrum. Elldr kviknadi ſeint, þa lagdiſt hann nidur, oc bles at innyfer þreſkilldin, þa kvam ör i golfit yfer höfdi honom, enn önnur millom ſkyrtunnar oc ſido hanns, þa liop hann upp, oc kalladiſt eigi mundi bida hinnar þridiu, for Arngeir þa heim. Enn kyrkia ſu var gor ſextan vetrum adur kriſtni væri lögtekin (39), enn hun ſtod þa er Botolfr Biſkup var a Holum (40), ſva at ekki var atgort utan at torfum.

IV. Cap.

Þeir Fridrekr Biſkup oc Þorvalldr foro til þings (41), oc bad Biſkop Þorvalld

(39) Conf. *Olafsſaga Trygg. ſ.* loc. cit. & *Annales.*

(40) Botolfus ſedit ab Anno 1239 ad Annum 1246 vid.

pere visus est. Totum igitur templum ardere sibi persvadentes, retro abiere. Edoctus postea illæsum esse, alia nocte Arngeirem secum assumit, ut illud incenderent. Effractis foribus, ramali betulæ ignem suscipere conatur, sed ægre accensus est. Pronus igitur super limen dum flatu eum suscitare nititur, una sagitta super caput ejus in pavimentum decidit, alia vero inter indusium & latus ejus se insinuavit. Exsiluit Klausius, tertiam se exspectaturum negans. Rediit igitur Arngeir domum. Templum istud exstructum fuit sedecim hyemibus ante christianam religionem legibus sancitam, & adhuc, Botolpho Episcopo Holis sedente, ita manserat integrum, ut non nisi novi cespites interdum substituerentur.

A. C. 984

Cap. IV.

Profectis ad comitia universalia Episcopo Friderico & Thorvalldo, ille hunc roga-

B 3

vid. *Finni Johannæi Histor. Eccl. Island.* Tom. I. pag. 362.

(41) Vid. *Olafsf. Tryggvaf.* part. 2. pag. 44. qvæ alias etiam circumstantias addit.

A. C. valld telia tru fyrer mönnum at Lög-
984 bergi, ſva at hann væri hia, enn er Þorvalldr taladi, þa ſvaradi hanom mörgom ordom oc illum göfigr madr Hedinn fra Svalbardi or Eyafirdi. Hedinn var ſun Þorbiarnar Skagaſunar, hann atti Ragneidi ſtiupdottor oc brodurdottur Eyolfs Valgerdarſunar. Þa bado þeir ſkalld nida þa Þorvalld oc Biſkup, þetta var þa kvedit:

Hefer börn borit
Biſkup nio
Þeirra er allra
Þorvalldr fader.

Fyrer nid þat vag Þorvalldr tva menn, Biſkup ſpurdi hvi hann vægi þa? þviat þeir ſögdo okkor eiga börn ſaman. Biſkup ſvarar, þeir lugu a okkor, enn þu færder oord þeirra afleidis, þvi at ec matta vel bera börn þin epter mer.

Enn

rogavit, ut ſe præſente in Logberga (ɔ: *rupe, in qva jus dicebatur*) *religionem chriſtianam populo prædicaret. Thorvaldum verba facientem nobilis qvidam Hedinn ex Svalbardo in Eyaſiordo multis contumelioſis verbis laceſſivit. Hedinn ille erat filius Thorbiörnis, Skagii nepos, & duxerat in matrimonium Ragneidam Eyulfi Valgerdæ filii privignam & ex fratre neptim. Hi poëtas excitarunt, ut in Thorvaldum & Epiſcopum probroſa carmina ſtringerent, qvorum unum erat:* A. C. 984

Geſtavit Epiſcopus
Filios novem
Qvorum eſt omnium
Pater Thorvalldus.

Propter hoc carmen duos viros Thorvalldus occidit. Qværenti Epiſcopo, cur occidiſſet? qvidni? inqvit Thorvalldus, cum nos invicem liberis operam dare dixerint. Hoc qvidem, reſpondit Epiſcopus, de nobis ementiti ſunt: ſed tu interim mala eorum verba in pejorem partem detorſiſti; tuos enim liberos ſinu geſtare mihi nunqvam pudori fuerit.

A. C. 985 Enn er þeir Þorvalldr oc Biſkup villdo rida a Hegranes þing (42), foro heidner menn moti þeim, oc bördo þa grioti, ſva at þeir nado eigi fram at fara, þar epter gordo menn þa ſeka at heidnom lögum (43).

1107 hafde fiora vetur oc tuttigo Biskup verit (118) var Jon vigdr til Biskups sun Ögmundar oc Þorgerdar Egilsdottur, Hallssunar af Sido, þa hafde Jon fiora vetur hinns setta tygar, hann var fyrstr Biskup a Holum i Hialltadal. Gissur Biskup fridade sva vel landit, at þa urdo engar stordeilur med höfdingium, enn vapnaburdr lagdist miöc nidur. Þa varo flester virdinga menn lærder oc vigder, oc lærder til presta þo at höfdingiar væri, sva sem var Hallr Teitssun i Haukadal, oc Sæmundr hinn Frodi, Magnus Þordarsun i Reykiahollti, Simun Jörundarsun i Bæi, Gudmundr sun Brands i Hiardarhollti, Are

(118) Conf. Jonæ Augmundini vita vulgo: *Jonssaga, Helga,*

de homicidio,) aliiqve plures ſcripti, & in conſeſſu comitiorum æſtivalium recitati, omne tulerunt punctum. A. C.

Qvadragenarius erat Epiſcopus, cum inaugurararetur, &, poſtqvam per 24 *hyemes Epiſcopus fuerat, Johannes filius* 1107
Ögmundi & Thorgerdæ, filiæ Egelis, filii Halli de Sida, Epiſcopus ordinatur. Tunc Johannes ſupra qvintum ætatis decennium qvatuor hyemes peregerat. Ille erat primus Epiſcopus in Holis in Hialtadal. Giſſurus Epiſcopus pacem publicam adeo firmaverat, ut rara eſſent Procerum majoris momenti disſidia, & armorum geſtatio tantum non in deſvetudinem abierit. Plurimi tunc inter dignitate conſpicuos & litterati exſtitere, & vel inaugurati ſacerdotio, vel ad hoc muneris inſtituti, utut e numero Optimatum eſſent. Tales fuere: Hallus Teiti filius in Haukadal, Sæmundus Multiſcius, Magnus Thordi filius in Reykiaholt, Simon Jorundi filius in Bæ, Gudmundus filius Brandi in Hiardarholt, Arius Multi-

H 3 *ſcius,*

Helga, Hungurvaka, Arii Polyhiſtoris Sched. pag. 13. & *Sturlungaſaga* lib. 4. cap. 3.

A. C. Are hinn Frode, Ingemundr Einars-
1107 ſun a Holum, Ketell, nordur, Þorſteins-
ſun a Mödruvöllum, oc Ketell Gudmunds-
ſun, Jon preſtr Þorvardsſun (119), oc
marger adrer þo at eigi ſe ritader.
Giſſor Biſkup let vigia Þorlak ſun
Runolfs Þorleiksſunar til Biſkups at
1118 ſer lifanda, þa var Þorlakr tveim vet-
rum meir enn þritogr. Giſſor Biſk-
up andadiſt i Skalahollte, þa er hann
hafde verit Biſkup, þriatygi ara oc
ſex. Þat var þriatio natta ſidar enn
Þorlakr Biſkup var vigdr. Þat var
hinn þridia dag i viku qvintas kalend-
as junii. A þvi are andadeſt Paſka-
lius Pave, oc Kirialax Grikkia Kongr,
oc Baldvin Jorſala Kongr, oc Arnald-
us Patriarki i Jeruſalem, oc Philipp-
us Svia Kongr, þa hafde Island ver-
it bygt tvö hundrut (n) tolfræd, annat i
heidne, enn annat i kriſtne. Þa var lidit
fra holldgan Drottins vors Herra Jeſu
Kriſti þuſund, eitt hundrat, oc atian ar.

XIV.

(n) *Ita reſtituendum id, qvod impr. & c. habent* tiræd.

scius, Ingemundus Einaris filius in Holis, Ketill Thorsteini filius in Madruvallis in boreali provincia, Ketill Gudmundi filius, Johannes sacerdos Thorvardi filius & plures, qvos enumerare supersedeo. Gissurus Episcopus, se vivo, Thorlacum filium Runolfi, nepotem Thorleiki, Episcopum inaugurari fecit, duas supra triginta hyemes natum. Gissurus Episcopus obiit in Skalholt, postqvam per triginta sex annos officio præfuerat, noctibus triginta post inauguratum Episcopum Thorlakum. Incidit hoc in feriam tertiam, V. Kal. Junii. Eodem anno exstincti sunt Paschalis Papa, Kirialax Rex Græciæ, Balduinus Rex Hierosolymæ, Arnaldus Patriarcha Hierosolymitanus, & Philippus Rex Sveciæ. Habitata fuerat Islandia per CC. qvadraginta hyemes, primo temporis medio ethnicismo, altero christianismo addicta. Effluxerant vero a nato Domino nostro Jesu Christo anni M. C. XVIII.

A. C. 1107

1118

(119) Horum, præsertim in genealogiis, mentionem injiciunt *Landnamabok* & *Sturlungasaga* passim.

A. C. 1118

XIV. Cap.

A þvi are er Biſkup Giſſur andadiſt (120), gorde hallæri mikit a Islande, þa kom hrid ſu a dimbeldögum, at menn matto eigi veita tider i kyrkium i ſumum herödum fyrer nordan land. Enn föſtudag hinn Langa, þa hof upp knör under Eyafiöllum, oc ſnere a lopt, oc kom holfandi nidur, hann var ſiö rum (121) oc tuttygo. Paſkadagin fyrſta mattu faer menn tider ſækia, at taka þionoſto, enn ſumer urdo uti dauder. Annat illvidre (o) kom epter andlat hanns þann dag er menn rido a þing, þa braut kyrkiu a Þingvelli þa er Haralldr Kongr Sigurdarſun hafde latit höggva vidin til. Þat ſumar foro þriatio oc fimm ſkipa ut hingat, oc

(o) *Inſerendum*, kom, *ad ſenſum ſupplendum.*

(120) Vid. *Hungurvaka*, nec non Mantiſſa qvæ *Landnamabok* ſubnectitur, ed. Isl. p. 179.

(121) Navigiorum minorum magnitudo per multitudinem remorum, ex. gr. *ſexæringr*, *teinæringr* &c. antiqvitus indicabatur, ſed majorum per interſcalmia

Cap. XIV.

A. C. 1118

Anno, qvo Episcopus Gissurus obiit, magna in Islandia annonæ caritas erat. Tunc, in sancta hebdomade, tanta coorta tempestas, ut in qvibusdam provinciæ borealis tractibus stata tempora in ecclesiis servari non potuerint. Ipso passionis Domini die, celox prope Eyafiöll sublimis in altum rapta, & turbine circum acta, eodem in loco inversa recidit. Ea interscalmiorum viginti septem erat. Ipso paschatis die pauci sacris assistere & sacræ coenæ participes fieri potuere, qvidam in itinere sub dio expirarunt. Incidit & altera post obitum ejus tempestas, die, qvo ad comitia itum est. Tunc templum in Thingvallis, cui materiem cædi fecerat Haraldus Rex filius Sigurdi, labefactum est. Hac æstate ex triginta qvinqve navibus,

 qvæ

mia sive *rum*, in qvorum qvovis duo erant transtra, totidemqve remi. In minoribus qvodvis transtrum duos habuit remiges, qvod appellabant *roit at endilaungum bordum.* Navis verò, de qva hic sermo est, transtra qvinqvaginta qvatuor, totidemqve remos habuit. Conf. P. *Widalini Glossarium* Msst. in voce *Sessum at telia.*

A. C. oc braut mörg vid land, enn ſum
1118 leyſte i hafe under mönnum, enn atta ein kvamuſt brott med þeim er adur varo her, oc komuſt þau engi fyrer Mikialsmeſſo or hafi. Af þeim mannfiöllda vard her hallæri mikit. Þa er Giſſur Biſkup andadiſt, varo þeſſer (p) meſter höfdingiar a Islande: Haflide Marsſun nordur, oc ſyner Asbiarnar Arnorsſunar i Skagafirde, Þorgeir Hallaſun oc Ketell preſtr Þorſteinsſun. Enn auſtur: Giſſur Einarsſun, Sigmundr Þorgilsſun, hann andadiſt a þvi are i Romaför. Enn ſudur: Hallr Teitsſun, Skule Egelsſun. Enn veſtur: Styrmer Reinsſun, Halldor Egelsſun, Þorgils (q) Oddaſun, Þordr Egelsſun, Þordr Þorvalldsſun i Vatnsfirde (122).

1119 Einum vetre epter andlat Giſſurar Biſkups var Þorſteinn Hallsſun veginn, göfugr madr, enn vetre epter þat var þing fiölmennt. Þau miſſeri hafde

(p) *Omitt. impr.*

(q) *Ità legendum, ſed* Oddsſun *habent impr. c.*

qvæ cursum huc direxerant, multæ lit- A. C.
tori allisæ sunt, qvædam in mari cum 1118
vectoribus subsiderunt, & octo tantum evaserunt, præter eas, qvæ jam in statione erant: neqve ulla ante festum Michaëlis appellere potuit. Hic etiam confluxus hominum annonæ caritatem intendit. Moriente Gissuro hi Islandiæ Optimates erant, in boreali provincia: Haflidius Maris filius & filii Asbiornis, Arnoris filii, in Skagafiord, Thorgeir Hallii filius & Ketill Sacerdos Thorsteinis filius; in orientali Gissurus Einaris filius, & Sigmundus Thorgilsis filius, qvi eodem anno in itinere Romano obiit; in australi, Hallus Teiti filius, & Skulius Egillis filius; sed in occidentali, Styrmer Reinis filius, Halldor Egillis filius, Thorgils Oddii filius, Thordus Egillis filius, & Thordus Thorvaldi filius in Vatnsfiordo.

Prima post mortem Gissuri Episcopi 1119
hyeme præterlapsâ, occisus est vir nobilis Thorsteinn filius Hallii, & proximè seqvente comitia freqventissima fuere. Per hoc tempus

(122) Vid. not. 120. Adde *Mantissam* mox allegatam. l. c.

A. C. hafde ſva mikell manndaude verit,
1119 at Sæmundr preſtr hinn Frode ſagde ſva a þinge, at eigi mundi færri menn hafa andaſt af ſott, enn þa varo til þings komner. Þat ſumar var þraung mikil at domum (123), þa ſærde Þorgils Oddaſun Haflida Marsſun. Þa vard (r) um ekki mal at lögum dæmt. Þorgils vard ſekr um averkan, oc ſat i ſekt um veturin. Þa var ſva litell vapnaburdr, at ein var ſtalhuſa þa a alþinge, oc reid driugum hver bonde til þings
1121 er þa var a Islande. Enn var þat er þrir vetur varo lidner fra andlate Giſſurar Biſkups, andadeſt Jon Biſkup at Holum kalendas Maji.

Þat ſumar reid Haflidé Marsſun a þing med tolf hundrut manna, enn Þorgils Oddaſun med ſiö hundrut manna. Peir ſættuſt a þinge med þvi at Þorgils ſellde Haflida ſialfdæmi, enn hann gerdi ſextio hundrada

(r) Ekki um *impr.*

(123) *Sturlungaſaga* toto fere libro primo, qvo lites Thorgilſis

tempus tanta inciderat pestilentia, ut A. C.
Sæmundus sacerdos Multiscius adseruerit 1119
in comitiis, non pauciores lue abreptos esse, qvàm vivi in foro conspicerentur. Hac æstate magnæ in foro ortæ sunt turbæ. Thorgils filius Oddii vulneravit Haflidium Maris filium, neqve ulla lis ex præscripto legis judicari potuit. Vocatus in jus Thorgils ob damnum injuria datum, & exilii reus, hyemem domi egit. Arma tum gestare tam infreqvens erat, ut una tantum in loco comitiorum inventa sit cassis ferrea, qvamqvam universi ferè, qvi in Islandia erant, coloni illuc confluxe- 1121
rant. Transierant post mortem Gissuri Episcopi tres hyemes, cum Johannes Episcopus in Holis Kalendis Maji extingvitur.

Ea æstate Haflidius filius Maris cum MCC eqvitibus, Thorgils filius Oddii verò cum DCC ad comitia pergunt. In foro ita inter eos transactum est, ut Thorgils ipsum Haflidium arbitrum causæ faceret. Ille Thorgilsi sexagies centies ora-

---

gilsis & Haflidii recenset. Conf. & *Mantissam* nuper laudatam pag. 180.

A. C. 1121 drada ſex alna aura (124) vöru virds fiar, luka i gulli eda brendu ſilfri eda ſæmelegum gripum, ſkyllde hann virda ſialfr (s) Haflide, eda þeir er hann tæke til (125). Þat ſumar var koſinn til Biſkups Ketell Þorſteinsſun af Mödruvöllum i ſtad Jons Biſkups, oc for hann utan þat ſumar. Haflide Marsſun atte fyrr Þuride dottur Þordar Sturluſunar, Þordr het ſun þeirra, hann atti Sölvöro dottur Asgrims Þorhallsſunar, Ivar het ſun þeirra. Haflide atte ſidar Rannveigu dottur

(s) *Itâ legendum* H. *in impr.* c.

(124) Qvælibet ulna, pro menſura pretii ſumta, qvatuor ſolidos Danicos in Specie, ut ajunt, & ſex ulnæ, ſive 24 ſolidi, unam oram ſ. unciam ad pretium mercium æſtimatam exæqvant, qvilibet autem centenarius duodecim decades, id eſt: 120 continet. Multa igitur pro hoc vulnere Thorgilſi irrogata erat 1800 unciarum argenti vel imperialium, qva in re exemplaria manuſcripta *Mantiſſæ* citatæ cum *Kriſtniſaga* conſentiunt. Nihilominus res ipſa loqvitur mendum hic irrepſiſſe, & dimidium tantum hujus ſummæ, ſive 900 uncias vel imperiales, admitti

orarum multam dixit, qvarum qvælibet A. C.
sex ulnas ad pretium mercium æstiman- 1121
das contineret, auro, argento puro, aliis-ve rebus pretiosis solvendarum, æstimatione ipsi Haflidio, iis-ve, qvibus hoc mandaret, relictâ. Hac æstate, loco Johannis, electus est Episcopus Ketill Thorsteinis filius de Modruvallis, qvi & sub idem tempus peregre abiit. Haflidius Maris filius primùm in matrimonio habuit Thuridam filiam Thordi Sturlii filii; Eorum filius erat Thordus, qvi Salvoram filiam Asgrimi, Thorhalli filii, uxorem duxit. Ivar nomen erat filio eorum. Secundis nuptiis Haflidius duxit Rannveigam

admitti debere, qvod etiam *Sturlungasaga*, non tantum libr. 1. cap. 27. pro oris sex ulnarum, oras trium ulnarum hic substituens, sed & Libr. 2. cap. 36. multam ducentorum & qvadraginta centenarionum (tvau hundrud hundrada) a Sturla Hvammensi Magno sacerdoti Reykholtensi irrogatam, ad exemplum multæ Haflidio solutæ, compositam fuisse tradens, plene confirmat; sed ne sic qvidem Skaptius Thorarinis filius dici poterit absurde qvæsivisse: *Qvanti Haflidius totus æstimabitur, cum unicum ejus membrum* (& qvidem digitus) *tanti constat?* Vid. *Sturlungas.* l.c.

(125) Hæc multis perseqvitur *Sturlungasaga* libr. 1. cap. 24. 25. 26. Conf. & *Landnamabok* in Mantissa.

A. C. dottur Teits ur Haukadal, Sigridur het dotter þeirra, er atte Þordr i Vatnsfirde. Þordr oc Pall voro fyner þeirra. Valgerdur het önnur dotter þeirra Haflida, hana atte Ingemundr preſtr Illugaſun, oc Ornu dottur Þorkells Gellisſunar, Illugi var ſun þeirra er drukknadi, þa er hann flutti lim til ſteinkyrkiu þeirrar er hann ætlade at gora a Breidabolſtad i Veſturhopi (t).

(t) Rögnvalldr Jarl Kali var veginn fimm nottum epter Mariumeſſu fyrri, enn Olafr Kongr Tryggvaſun bardiſt a Ormenum Langa neſta dag epter Mariumeſſo ſidari. Id eſt: *Rögnvalldus Kalius Comes qvinqve noctibus ante*



ÞATTR

gam filius Teiti ex Haukadal. Eorum filia erat Sigrida, qvam Thordus in Vatnsfiordo uxorem duxit; horum filii erant Thordus & Paulus. Altera Haflidii & Rannveigæ filia erat Valgerda, nupta Ingemundo sacerdoti, filio Illugii & Arnæ filiæ Thorkillis, Gelleris filii. Eorum filius erat Illugius, qvi calcem ad templum lapideum, qvod in Breidabolstad in Vesturhop exstruere moliebatur, advehens, submersus est. A. C.

te festum Mariæ prius occisus est: sed Rex Olaus filius Tryggvii in Ormo Longo postridie festum Mariæ posterius prælium commisit. Qvam appendicem, qvæ cæteroqvin in Mantissa ad *Landnamabok* legitur, addit c.



ÞATTR AF ISLEIFI BISKUPI.

Þat er ſagt at Isleifr ſon Giſſurar ens Hvita hafi vérit madr vænn (a) oc eigi mikill vexti, manna vinſælaſtr, hann var vngr utan til ſcola ſettr a Saxlandi. Þeſſ er getit eitthvört ſinn er hann for ſunnan, at hann kom vid Noreg, þa red landinu hinn Helgi Olafr Kongr, oc þa var med honum Brandr hinn Aurvi, ſon Vermundar i Vatnsfirdi.

Kongr virdi hann mikils, oc a einni hatid mællti Kongr til Brands: þigg af mer ſkickiu þeſſa. Þat var ſkallatz möttull, oc graſkinn under. Sidan kom Isleifr til bæiarins oc verdr Brandr honum feginn, þa var Isleifr preſtr oc felitill er hann kom ſunnan ur (b) landi. Þa mællti Brandr: Þu ſkallt þiggia af mer ſkickiu þa er Kongrinn gaf mer. Isleifr mællti: Eigi hefr þu enn tapat (c) ſtorlyndinu, oc vil ec feginn þiggia. Oc einn hatidardag er (d) Kongr ſat ad borde, þa

(a) Ok tigugligr. *add.* Id eſt: & *auguſtæ formæ.*
(b) Laundum. Id eſt: *terris auſtralibus.*
(c) Aurlyndenne.

NARRATIO DE ISLEIFO EPISCOPO.

Traditum est, Isleifum, Gissuris Albi filium, venustum, staturæ modicæ, omnium vero gratiosissimum virum fuisse. Ille admodum juvenis ad scholam in Saxoniam missus est. Ferunt eum aliqvando, e plaga meridionali iter facientem, in Norvegiam venisse. Imperabat tunc iis regionibus sanctus Rex Olaus, eratqve apud Regem Brandus Largus, filius Vermundi in Vatnsfiordo.

Brandum Rex valde honoravit, eiqve festo qvodam die dixit: Togam hanc a me accipe. Erat verò coccinea, pellibus mustelinis subtexta. Isleifus postea ad urbem venit, & Brando acceptus fuit. Erat Isleifus tum sacerdos, & penuria laborabat, utpote e meridionali plaga adveniens. Tunc Brandus ait: Accipies a me togam, qvam Rex mihi dedit. Isleifus: Nondum te munificentia destituit. Ego vero lubens accipio. Solenni die, cum Rex discumberet, Brandum intuens,

 ait:

(d) Er Brandr var at Konongsbordi. Id est: *cum Brandus mensæ regiæ accumberet.*

þa mællte Kongr oc leit til Brands: Hvi ſkal nu ei hafa ſkickiuna þa er ec gaf þer? Brandr ſvarar (e): Gefit hefir ec hana preſti einum. Kongr mællti: Sia villda ec preſtinn, oc vita hvor vorkunn mer þikkir a vera er þu logader ſvo ſkiott kongsgiöſinne. Menn toku oc ſvo under at hann fære undarliga med (f). Oc at kirkiufunde mællti Brandr: Herra, þar ſtendr nu preſtrinn vid kirkiuna oc er i ſkickiunni. Kongr leit til hanns oc mællti: hinnsegin munum vid nu breyta Brandr, at nu vil ec gefa honum ſkickiuna, oc kallit til min preſtinn. Brandr qvedſt ſva giöra munde. Sidan kom Isleifr fyri kongin oc kvaddi hann. Kongr tok vel kvediu hanns oc mællti: Skickiu þa preſtr er Brandr gaf þer, vil ec nu gefa þer. oc mun ec giallda Brande (g) fyrir hana, þvi ſva litſt mer a þig ſem ec mune vilia fela mic under bæner þinar. Herra, ſegir hann, allgod þotti mer adr giöfin Brands, enn nu miklu meiri virding at þiggia af ydr (h). Sidan for hann til Islands

(e) Herra: *add.* Id eſt: *Domine.*

(f) Þviliks manns giöf. *add.* Id eſt: *De tanti viri dono.*

ait: Cur hodie togam non sumsisti, qvam dedi tibi? Respondit Brandus: donavi eam sacerdoti cuidam. Rex regessit: Cuperem hunc sacerdotem mihi in conspectum dari, ut noscerem, qvâ tu necessitate ductus tam propere dono regio te privasti. Et mussitabant homines, inconsultè satis hoc factum fuisse. Convenientibus ad templum, Brandus ait: Domine! en tibi sacerdotem, templo adstantem, & toga indutum! Rex, eum intuens: Alia, inqvit, ineunda est ratio, Brande! Ego illi togam donare volo. Voca ad me sacerdotem. Brandus, jussa se facturum respondit. Tum Regi se sistens Isleifus, salutavit eum. Rex salutem benignè accipiens, dixit: Togam, sacerdos! qvam Brandus tibi dedit, ego nunc tibi dono, eamqve Brando compensabo; Is enim mihi videris, cujus me precationibus involutum vellem. Domine, ait ille, optimum aliàs mihi donum Brandi visum est, nunc verò mihi multò pretiosius, qvòd id a te accipio. Postea in Islan-

(g) Verd fyrir.

(h) Vid þessi ummæli *add.* Id est: *sub hac conditione.*

Islands oc þotti frændum hanns rád at ſtirkia hann med kvonfangi, er hann var madr felitill, enn hann atti ſtadfeſtu goda i Skalahollti oc godord.

Sidan for hann nordr i (i) Fnioſkadal. Þar bio ſa madr er Þorvalldr het, dotter hanns het Dalla, þeir kvamo þar ſnemma dags, kvadde bonde þa oc baud þeim þar at vera, enn Isleifr kvad þa fyrſt mundu rædaſt vid, oc ſtendſt ſva a um ferder varar, ſegir hann, at ec fer hingat bonordsför at bidia dottur þinnar. Þorvalldr mællti: Godar frettir ganga fra þer, enn ec vil þeſſu mali ſva ſvara, at þu ſkallt radaſt nordr hingat ef þu villt at radahagurinn takiſt. Isleifr ſvarar: eigi get ec at mer ſyniſt at lata ſtadfeſtu mina oc manna forrad (k) oc munum ver (l) at þvi ſkilia. Sidan ſneru þeir (m) heſtunum aleidis, enn Þor-

(i) Vididal til Asgeirsar. Id eſt: *In Vididalum ad Asgeirsa.*

(k) Oc ſveit *add.* Id eſt: *& tribum.*

(l) Helldr. Id eſt: *potius.*

Islandiam abiit, & consultum duxerunt consangvinei facultates ejus matrimonio fulcire, cùm ei res accisæ essent. Prædium tamen fructuosum in Skalahollto, & Pontificatum posſidebat.

Posthac septentrionem versus in Fnioskadal iter fecit. Habitabat ibi vir, Thorvalldus nomine, cui filia Dalla. Manè advenientes salutat paterfamilias, utqve apud se pernoctarent, rogat. Isleifus, præfandum esse aliqvid, innuit. Ita enim cum itinere nostro comparatum est, ait, ut rogatum veniam, filiam tuam mihi despondere velis. Thorvalldus inqvit: secundi de te rumores vulgati sunt, & in præsenti hoc meum responsum esto: Boream versus huc tibi demigrandum est, si hæ tibi cordi sunt nuptiæ. Isleifus respondet: Nunqvam mihi in mentem venturum reor, ut fundum meum deseram & jurisdictionem; dirimamur igitur. Illi eqvis conversis in viam se dant, Thorvalldus

(m) Hestum sinum ok ridu. Enn hun Dalla var uppi aheidis ok var hin vænligasta kona. Þa geck Þorvalldr þangat. Id est: *Dalla autem, mulier erat formosissima, qvæ tunc in tesqvis erat constituta. Eo Thorvalldus se confert.*

Þorvalldr gekk þangat er Dalla ſat dotter hanns. Hun mællti: Hvörir komu þar menn oſſ okunnir? Hann ſagdi henni þat. Hvort var eyrindit, ſagdi hun. Hann ſagdi at þat var bonordsför til hennar. Hun mællti: Hvorſu fecſtu fadir þvi ſvarat? Hann ſagdi henni þat. Hun mællti: Eigi mundi þetta fyrir hafa ſtadit ef þid ræddut um vid mic. Hann ſpyr: Ertu þeſſa miöc fus? Hun ſegir: Fyrir þat mun ganga; þvi ec hefir þa metnadargirnd at eiga enn betſta manninn, oc hinn göfigaſta ſoninn med honum er a Islandi mun fædaſt, oc þykkir mer ei oradligt at þu giörer epter þeim (n) ordſendingu. Hann mællti: Eigi hafa þin rad litit (o) tiad her til. Var þa epter þeim ridit, oc ſidan mællti Þorvalldr: at hann kvadſt þat ætla at eigi munde þetta (p) fyrirmuna radahagnum, þott hann rediſt ei nordr þangat. Isleifr letſt þeſſum mallum vel kunna. Sidan var Dalla gift honum, foru þau epter þat ſudr, oc biuggu ſidan i Skalahollti, oc attu at ſonum, Giſſur,

(n) Ordſendingu *deficit.*
(o) Matt.

valldus verò ad ſedile filiæ ſuæ Dallæ ſe confert. Interrogat illa: Unde viri hi nobis ignoti? Ille narrat. Pergit illa: Et cujus negotii cauſa? Reſpondet: nuptias ejus ambiiſſe. Illa ait: Et qvid reſponſi dediſti, pater? Hoc etiam exponit. Tum illa: Atqvi hoc non obſtitiſſet, ſi me conſuluiſſetis. Qværit ille: Hoc igitur impenſe aves? Illa reſpondet: Ita ſe res habet. Qvæ enim mea ambitio eſt, præſtantisſimo viro nubere, & præſtantisſimum omnium, qvi unqvam in Islandia naſciturus ſit, filium ex eo concipere aveo; non igitur inconſultum duco, ut viros hos, nuntio miſſò, revoces. Nunqvam, inqvit Thorvalldus, conſilia tua hucusqve irrita fuerunt. Misſi igitur, qvi inſeqverentur, eqvites, dixitqve poſtea Thorvalldus, in ea ſe eſſe ſententia, nihil matrimonio obſtare, qvòd illuc (ſeptentrionem verſus) non migraret. Arriſit Isleifo conditio, nuptâqve ei Dallâ, meridiem verſus tendunt. Habitarunt poſtea in Skalaholllto, & procrearunt filios,

I 5 *Giſſu-*

(p) Vidnema.

Giſſur, Teit oc Þorvalld, ok varo allir (q) þiodmenni, þott einn bære af öllum. Giſſur var mikill madr oc ſterkr, var þat rad landsmanna allra ſidan at hafa biſkup nockurn yfer ſer oc var til þeſſ valldr Isleifr, for hann utan oc er hann kom ut med biſkupsdæmit, var hann i Skalaholite, enn med þvi at Dalla villde bua a halfu landinu, þa *var ohæginde ad leika med mönnum, ad ſkipta* (r) *um fiarhægi;* þa varo tiundir aungvar, enn tollar varo þa tillagdir um (s) allt land (*). Hann var

(q) göfgir menn.

(r) Fiam med þeim.

(s) Land a allt. Id eſt: *In omnibus.*

(*) Qvid *tollar* hic ſibi velint, haud omni caret dubio; maxime tamen probabile eſt, id genus vectigalia intelligi, qvæ tempore ethnicismi fanis ſolvebantur, &, præter alias hiſtorias antiqvas, *Kriſtniſagæ* ſupra pag. 18. memorantur; hæc enim poſt introductam religionem Chriſtianam, Pontificibus per totam Islandiam, & in his qvoqve Isleifo, qvi Pontificatum jure hæreditario ad ſe devolutum tenebat, adhuc competebant, qvamvis novum nomen *þingfararkaup*, qvaſi penſionem dixeris ad ſumtus in iter Pontificis ad comitia generalia rependendos deſtinatam, ſortita eſſe videantur. Si qvis alias etiam irrogationes, ex. gr. *Saudakvöd*, ſive verveces, Pontificibus a ſubditis expendi ſolitos, qvalium in *Stur-*

Gissurem, Teitum, & Thorvalldum, omnes vulgo celebres, unum verò coeteris antecellentem. Gissur procerus erat vir & robustus. Universi postea incolæ consultum duxerunt, ut constitueretur, qvi iis præesset, Episcopus. Electus in hoc Isleifus peregre abiit, officioqve initiatus, in Skalahollto redux habitavit. Cum verò Dalla dimidium prædii sibi utendum vindicaret, (apparuit, *qvod ajunt*) in dividundis vitæ commodis ludum cum viris esse non commodum (**). *Nullæ adhuc*

Sturlungasaga freqvens mentio occurrit, hic intelligere malit, non multum refragabimur. Interim tributum *þingfararkaup* fundamenti vel normæ loco adhibuisse videntur optimates, primæ de decimis legis in Islandia authores, qvippe qvi decimas ex viginti unciis, ad pretium mercium æstimandis, in qvatuor partes dividendas esse, minores vero solis inopibus cessuras, edixere, qvod & census fundamentum fuisse, *Kristnisaga* supra pag. 113. conceptis verbis testatur. Post mutatam in Islandia sec. 13 regiminis formam prædictum *þingfararkaup* adhuc permansit, eiqve aliud tributum, *þegnskyllda* appellatum, accessit, qvæ ambo hodie uno nomine *skattur* communiter veniunt.

(**) Proverbio locus est, ubi res magnis difficultatibus obnoxiæ sunt. Ægrè enim hoc passus est Isleifus, qvòd ei reditus ad sustentandam sedis episcopalis dignitatem necessarii non sufficerent. Sed Paranomasia esse videtur in vocibus FIARHÆGIR & OHÆGINDE.

var enn agetaſti madr i ſinum hattum. Med honum var uppfædr Jon er ſidan vard biſkup a Holum; mællte hann jafnan þeim lofsordum um Isleif biſkup, at nær menn ræddu um þa er væner varo edr (t) hyggner, edr at ödru vel um ſig, þa ſagdi hann: Sva var Isleifr biſkup foſtri minn, hann var manna vænſtr oc manna (u) hyggnaſtr. Þa mælltu þeir ed vid hann ræddu: Hvor gat nu hanns? Hann ſvaradi: þa kemr mer hann jafnan i hug er ec heyrir gods manns getit, þvi ſva reyndum ver hann (x). Lyktar her ſva þeſſari rædu at ſegia fra Isleifi biſkupi Giſſurarſyni.

(t) Hager. Id eſt: *dexteritate præditi.*
(u) Hagaſtr, allra manna beſtr. Id eſt: *dexterrimus, omnium optimus.*



huc decimæ, sed tota insula vectigalis fuit. (Isleifus) vir erat moribus ornatissimus. Apud eum enutritus fuit Jonas, postea episcopus Holensis. Crebro ille præconium Isleifi episcopi fecit. Cum enim eorum, qvi aut venusti, aut prudentes, aut cæteroqvin præstantes erant, mentio injiceretur, continuè subjecit: Talis erat Isleifus episcopus, nutricius meus. Ille virorum venustissimus erat & prudentissimus. Cumqve ii, qvi colloqvebantur, dicerent: Qvid sermo noster ad Isleifum? Respondit: Toties ille animum meum subit, qvoties de viris bonis aliqvid prædicari audio, talem enim eum experti sumus. Hactenus hæc narratio agens de Isleifo Gissuris filio.

(x) At öllum hlutum, *add.* Id est: *in omnibus rebus.*



An-

Annotationes uberiores.

1. *De Berſerkis & furore berſerkico* ad pag. 15.

Berſerki antiqvorum temporum, athletæ erant, qvi immanitate verè ferina per intervalla animati in qvodvis periculi vel flagitiorum genus ſecurè ruebant. Multa horum mentio eſt in monumentis antiqvis, qvæ hunc eorum ſtatum deſcribunt inſtar paroxysmi vel furoris cito transeuntis, qvi robur eis plus qvàm humanum addiderit, ferroqve & igne impenetrabiles effecerit. Eum autem pro malo partim *morali* partim *phyſico* habent.

Cauſas *morales* in hoc furoris genere adfuiſſe olim creditas arguit Codex Legum Islandicarum *Gragas* in *Jure Eccleſiaſtico* his verbis: „ at ganga berſerksgang vardar fiorbaugs-gard " i. e. *furore berſerkico ſi qvis graſſetur, relegatione puniatur*, eoqve ſine dubio, præter alias rationes a ſecuritate & ſalute publica ductas, etiam reſpexit Ericus Norvegiæ Comes, qvi teſte *Grettisſaga* (a) „ giordi alla berſerki utlæga ur Noregi " i. e. *omnes berſerkos Norvegia exulare jusſit.* Neqve id immerito: Ut enim *Saxo Grammaticus* (b), ſive *ſævitiam ingenii*, ſive *furiarum ferocitatem*

(a) Ed. Isl. cap. 21. pag. 97.

(b) Hiſt. Dan. Lib. VII. ed. Sor. 123.

tatem (*veneficiorum* scilicet *usu*, qvem supra memoraverat, excitatam) talem Syvaldi filiis rabiem inspirasse statuit, ita satis familiaris Veteribus fuit opinio, eam vel *impotentiæ animi*, vel *magiæ*, vel *utriqve simul*, originem debuisse.

De impotentia animi ut hujus furoris causa speciminis loco omnium instar esse potest *Eyrbyggiasagæ* de Hallio & Leiknere narratio: „ Halli „ ok Leikner voru menn mikler, meiri ok sterkari „ enn i þann tima sengizt þeirra jafningiar i Nore- „ gi edr vidar annarsstadar i Nordurlaundum. Þeir „ geingu berserksgang, ok *varo eigi i mannlegu* „ *edli þegar þeir varo reidir*, varo galnir sem „ hundar, ok ottuduz hvarki elld ne jarn. Þeir „ voru hversdaglega eigi sva illir vidurskiptis, ef „ ecki var i moti þeim gort edr mælt, *enn þegar* „ *hiner mestu orskiptamenn*, *er þeim tok vid* „ *at horfa* " i. e. *Hallius & Leikner viri erant statura & robore majores, qvam qvod in Norvegia aliisve terris septentrionalibus pares eo tempore deprehendi possent. Hi qvamprimum IRAM CONCEPERUNT, furore berserkico inflati, HUMANAMQVE EXUENTES INDOLEM, caninâ rabie grassabantur, neqve ignem neqve ferrum metuentes. In vitâ autem qvotidianâ, simodo dictis factisve non irritarentur, haud intractabiles erant, contra*

vero

verò INSOLENTISSIMI, UT QVID ADVERSI accidit. Idqve haud parum confirmant plurima alia veterum teſtimonia, qvæ tales berſerkos non tantum ut ferocisſimos deſcribunt, ſed & ſimul indicant, hôc illos furore maxime corripi ſolitos eſſe, ubi vel ab aliis offenſi ſibi videbantur, vel ipſi pugnas aliasve res magni moliminis, aut animo agitabant, aut aggredi debebant. Exemplo ſint ex *Saxone Grammatico* (c), Harthbenus pugnam cum Halfdano meditans; ex *Grettisſaga*, berſerki Halogienſes Thorerus & Ogmundus cum ſociis, conclave, qvo Gretteris dolo incluſi erant, effracturi (d); nec non Snækollus, ubi ei Einarus filiam Giridam tradere abnuit (e); ex *Hervarar-Saga*, Angantyr & fratres, Arngrimi filii, Hialmarem & Oddum, cum qvibus eis ex condicto confligendum erat, in Samo Danica exſpectantes (f); ex *Kialneſinga-Saga*, Bolverkus, Haralldi Pulchricomi Norvegiæ Regis juſſu, cum Buio luctaturus (g); ex *Egils-Saga Skallagrims-ſonar* (h), Liotus, qvi *ut in arenam ſingulari certamini deſtinatam deſcendit, furore berſerkico correptus ſæviter rugire, ſcutúmqve rodere coepit* „ er hann geck fram a holmſtadinn, kom a hann „ ber-

(c) Ed. Sor. pag. 124. (d) Ed. Isl. pag. 99.
(e) Ib. cap. 42. pag. 118. (f) Ed. Verelii pag. 67.
(g) Ed. Isl. cap. 15. pag. 26. (h) Cap. 65.

» berſerksgangr, tok hann Þa at grenja illilega, » oc beit i ſkiolld ſinn "; Et qvamvis *Saxo* (loc. cit.) in dubio reliqviſſe videatur, utrum pugnandi aviditas, an naturæ ferocitas, talem Harthbeno inſaniam attulerit, certum tamen nobis eſt, tam ferocitatem, qvam vehementiam illam & impetum animi, qvo id genus athletæ in pugnas ferri ſolebant, non veras tantùm, ſed & ſolas, multis fuiſſe hujus dementiæ cauſas. Imo ne mirum qvidem, multò minus incredibile, videri debet, qvòd iracundiæ æſtus, hominibus barbaris, non ſolùm nulla diſciplina caſtigatis, ſed & ad omne crudelitatis & ſævitiæ genus inde a puero qvaſi formatis, pugnasqve & cædes unice anhelantibus, vires addere potuerit humanis vere majores; cùm nec hodie deſint hominum, inprimis agreſtium, exempla, qvibus iratis nervi muſculiqve omnes, immane qvantum, intenduntur, viresqve augentur.

De magia luculentisſima habemus *Snorronis Sturlæi* & Poëmatis antiqvi *Havamal* teſtimonia, a *Bartbolino* (i) dudum producta, qvæ furorem berſerkicum ejusqve effectus artibus annumerant, qvas famoſus ille Odinus veneficiis ſuis, vel ipſe præſtitiſſe, vel alios docuiſſe olim creditus eſt. Qvam-

K vis

(i) Ant. Dan. p. 344-45 & 347-48.

vis enim inde cum *Erico Ramelio* (k) concludere non audeamus, Odinum primos berſerkos in Septentrionem noſtrum introduxiſſe, cum furorem, berſerkico per omnia ſimilem, qvi *Jotunmodr* i. e. fervor vel impetus animi giganteus audit, Jotunis (i. e. gigantibus), qvos ante Odini adventum hic fuiſſe in confeſſo eſt, tribui videamus; Certum tamen eſt, majores noſtros poſt Odini tempora, inprimis ex qvo divino apud eos honore mactari coepit, talibus de eo traditionibus perſvaſos, non ſolùm artes magicas ab eo introductas pro præcipua furoris berſerkici cauſa habuiſſe, ſed & eorum multos, & eos qvidem maximè, qvibus artes iſtæ in pretio fuerunt, hunc ipſum furorem ejusqve effectus potentiæ cuidam vere divinæ adſcripſiſſe; idqve eò facilius in animum inducere potuerunt, cùm ſimilem in Thoro affectionem, *Asmegin* i. e. Virtutem divinam, qvaſi honoris cauſà, appellatam, ſumma religione venerari & invocare ſolerent. Recte itaqve ex veterum mente *Chriſtniſaga* noſtra (l) Tiorinem berſerkum artium loco venditaſſe tradit, qvòd illæſus ignes ardentes nudis pedibus calcare, & mucroni gladii incumbere poſſet; Notisſimum enim eſt, artium nomen: *Iþrottir*, honeſtis

(k) Specim. de berſerkis & furore berſerkico Præſ. *Laur. Arrhenio* Upſal. 1725 ed. pag. 15.

(l) Cap. 8. pag. 64.

honeſtis & utilibus animi & corporis exercitiis, qvod vim natura inſitam promovere crederentur, inditum, proprieqve competens, veterum bene multos, veneficiis vel revera deditos, vel ſaltem faventes, ad hæc etiam, qvippe vel ab Odini artibus originem ducere, vel vires natura conceſſas augere, credita, traduxiſſe.

Qvod verò tam veneficia propriè ſic dicta, qvàm alias malorum geniorum operationes ad ipſam furoris berſerkici eſſentiam veteres retulerint, & pro hujus attributo, ut philoſophi loqvuntur, proprio habuerint, novum, præter teſtimonia ſupra laudata, argumentum præbet ipſa lingva antiqva, in qva verba at *tryllaſt* & *hamaſt* de utroqve furoris genere, incantatoribus ſcilicet & berſerkis proprio, ita promiſcue uſurpantur, ut indubium eſſe posſit, communem utriqve originem indolem & formam qvaſi digito monſtrari. Sic utriqve, tam furori berſerkico obnoxii, ut Thorleifus Eſiubergenſis (m), qvàm magi, ut Lodmundus (n), *trollauknir* vulgo dicti ſunt, qvaſi viribus malorum geniorum ope comparatis aucti, a partic. præt. *aukinn*, auctus, verbi *ek eyk* augeo, & nomine ſubſtantivo *tröll*, qvod *Vidalino* (o) & *Suhmio* (p) notantibus,

K 2 præter

(m) *Landnamabok* Lib. I. cap 12. ed. Isl. pag. 14.

(n) Ibid. Lib. IV. cap. 5. pag. 134.

(o) In Gloſſ. Msſto. ad hanc vocem.

(p) Om Odin pag. 237-38.

præter, alia, magos, inprimis tamen manes artibus necromanticis evocatos, aliosqve omnes malos genios ſignificat (q); eoqve ſenſu veterum authorum nonnulli, & in his *Grettis-Saga* (r), furorem berſerkicum, ipſo magiæ nomine, *trölldom* vel *tröllſkap* appellant, qvaſi vim indicare velint a malis ſpiritibus immiſſam, vel horum ope procuratam. Pari ex ratione hic ipſe furor olim *hamremmi*, i. e. robur ex aliena forma acqviſitum, vocari conſvevit; qvi vero eo laborabant, nunc: *ecki einhamir* i. e. non unica, hominibus ſcilicet propria, indole & forma præditi; nunc: *hamramir*, ab *hamr*, exuviæ, vel forma aſcita, & *ramr* robuſtus, unde *remmi* robur, qvaſi novum ſibi ex aliena forma robur conciliare valentes, audiunt; non tam qvod furor iſte omnem adeo ſubmoveret humanitatem, ut eo correpti ferinam indolem & naturam moribus referrent, qvàm multo magis, qvòd hanc revera inducerent, eoqve in novas, qvod ſolâ magiâ vel vi qvadam ſuperiore fieri poſſe credebatur, facies verterentur. Vere hoc afferi *Svarfdælaſaga* præ ceteris docet, a Klauſio, tam cum piratis, qvi Karlium & ſocios prælio ſuperatos ceperant, qvàm poſt eum Liotolfo pugnante, furorem berſerkicum receſſiſſe

(q) Conf. *Olafs-Saga Trygvaſ.* ed. Isl. Lib. II. cap. 48. pag. 187-89.

(r) Edit. Isl. pag. 99.

cesſiſſe narrans, ut eum, illic Karlius, hic vero Griſius, ſuo nomine compellaverant: „ Gris kall-„ ar hatt oc mællti; Klauſi Klauſi! kunn þu hof „ þitt. Gerdiz Klauſi þa ſva uknarr, at hann gat „ eigi valldit klumbu þeirri, er hann hafdi adr „ bariz med " i. e. *Griſius alta voce clamans, eum compellat: Klauſi! Klauſi! qvin modum, te decentem, teneas! Tum vero Klauſium vires furore conceptæ ita deſtituerunt, ut clavam, qva ante pugnaverat, ſuſtinere non poſſet;* qvæ ſatis clare indicant, hominum in furore berſerkico conſtitutorum conditionem, ſaltem a qvibusdam, eandem fere olim creditam eſſe, ac illorum, qvi alienis corporibus ſuſceptis, proprio vero relicto, qvod exanimis inſtar interea jacuit, nova in locis vel longisſime disſitis explorabant, qvales expeditiones majores noſtri *hamfarir* appellavere, & pro operationibus magicis, & qvidem primi ordinis, agnovêre; hos enim, dum in hoc actu verſabantur, nomine compellare non licuiſſe, *Vatnsdæla-Saga* apud *Bartholinum* (s), *Thorſteins-Saga Vikingsſonar* (t), pluresqve, teſtantur, ne ſcilicet tali compellatione ad ſe qvaſi revocati coeptis exciderent, vel etiam ne animæ, longius juſto tum abſenti, omnis in ſuum corpus reditus præcluderetur. Imo ipſe

(s) Ant. Dan. pag. 468-69.

(t) Ed. Reinhielm. pag. 52. 94.

Landnamabok instar rei admodum memorabilis de Thorleifo Efiubergensi referens (u), qvòd, *qvamvis furori berserkico mancipatus esset, christianam tamen religionem suscepisset*, „ var „ tröllaukinn enn tok þo kristni "; haud leve præbet documentum, qvòd ejus seculi homines, qvô sacra christiana in Septentrionem introducta sunt, si non omnes, saltem multos eorum, qvos furor berserkicus occupare solebat, vel a malis geniis vere exagitari, vel his saltem ita familiares & obnoxios esse crediderunt, ut melioris religionis incapaces essent; eamqve opinionem graphice depingunt, eoqve ipso confirmant eorum exempla, ab *Olavio* (x) ex parte annotata, qvi ea occasione ipsi palam professi narrantur, arcto adeo se malorum geniorum commercio detineri, ut religionem ethnicam relinqvere in potestate non haberent; nonnulli qvidem naturæ, dæmonibus qvam hominibus propioris creditæ, vitio; Eyvindus vero Kinnrifa, qvòd tot modis Odino addictus esset; re autem vera plurimi, qvòd eorum mentes superstitione ethnica ita imbutæ, prorsusqve infatuatæ essent, ut ad meliorem frugem redire integrum eis amplius non esset. Idem porro illustrant, indeqve vicissim egregie illustrantur, qvæ de Thrando Ingialldsholensi

(u) Ed. Isl. Lib. I. pag. 14.

(x) Syntagm. de Baptismo cap. 3. §. 2. pag. 43. 44.

lensi eiqve similibus *Eyrbyggiasaga* memoriæ prodi: „ hann var (kalladr) eigi einhamr, þa er „ (medan) hann var heidinn, enn (Þa tok þann „ tröllskap af flestom er skirdir varo) sem hann „ var skirdr, tok af hanum sem odrom tröllskap- „ inn ". i. e. *Dum ethnicus erat, pro homine sibi relicto habitus non est, (plerosqve autem, ut baptizati fuerunt, ea furiarum malignitas reliqvit) ut autem baptisatus erat, ab eo, ut ab aliis, furiæ recesserunt;* qvippe qvæ malos illos genios, qvibus tales obnoxii vel obstricti fuerant, divina veræ religionis, & inprimis baptismi, efficacia profligari creditos esse, conceptis verbis declarant. Idqve verè factum esse, furoremqve berserkicum religione Christiana plenè stabilita paulatim desiisse, donec tandem evanuerit, ipsæ seqviorum seculorum leges, ne minimam qvidam ejus mentionem faciendo, tacite indicare videntur. Hæc autem cum ita sint, *Verelii*, berserkorum & dæmoniacorum furorem invicem comparantis, observationem (y), qvæ *Bartholino* (z) dudum placuit, non tantum probare, sed & sine ambagibus affirmare audemus, qvòd tam ethnicorum, qvàm primorum Christianorum permulti, qvosdam ad minimum eorum, qvi furore berserkico perciti erant, pro dæ-

 monia-

(y) Not. ad Hrolfs og Gautreks. pag. 98.
(z) Ant. Dan. pag. 346.

moniacis habuerint; eaqve de caufa *Bödvaris Biarkii vitæ* author, ex fui feculi, qvô excommunicationes jam tum invaluerant, doctrina & difciplina, berferkos haud inconcinne: „ bannfettar „ heriur " i. e. *Athletas maledictos*, *diris devotos* vel *dæmoni addictos*, appellavit. Deinde & hinc facile reddi poteft ratio tam poenarum, qvas antiqvisfima Norvegorum & Jslandorum Jura Ecclefiaftica furori berferkico ftatuerunt, qvàm odii, dedecoris & ignominiæ, qva ethnicorum cordatiores eum notaviffe, Thoreris Vatnsdalenfis exemplo pluribus infra memorando, Grimkelis dicteriis in Torfium Valbrandi filium hac de caufa jactis (a), imo ipfius etiam *Chriftnifagæ* noftræ, multos bonos viros, qvamvis ethnicos, Thangbrandi de Tiorino berferko victoria lætatos effe (b) perhibentis, narratione conftat. Hunc enim furorem, ejusqve effectus, ut chriftiani partim pro indiciis, partim pro reliqviis ethnicismi haberi debere cenfebant, ita & ethnici cæteris moratiores, (qvibus & magiam & omne cum malis geniis commercium, fummo femper contemptui & deteftationi fuiffe, Haraldi Pulchricomi (c), Bofii (d), & aliorum exempla loqvuntur), pari

(a) *Hardarfaga* edit. Isl. cap. 9. pag. 81.

(b) Cap. 8, pag. 64.

(c) *Heimskringl.* ed. Svec. T. I. pag. 114.

(d) *Herrauds* og *Bofa S. ed. Verel.* pag. 5 & 6.

pari jure averſari debere ſibi viſi ſunt; qvô tamen haudqvaqvam negamus, qvin cædes, rapinæ, aliæqve injuriæ, cordatis hominibus æqvè indignæ & exoſæ, ac tranqvillitati paciqve publicæ noxiæ, qvæ ferociam, ex furore berſerkico natam, comitari ſolebant, novam hujus odii cauſam, & gravem qvidem, utrisqve ſuppeditaverint; inprimis cum id, præter multos veterum, qvorum teſtimonia in re notisſima cumulare nolumus, *Olafsſaga Tryggvaſonar* (e), de Tiorino berſerko clarè teſtetur, cui *Egilsſaga Skallagrimsſonar* his verbis ſuffragatur: de Lioto in ſingulari certamine tandem occiſo: „ Liotr var litt harmadr af fleſtom maunnom; „ Þviat hann hafdi verit hinn meſti u-eirdarmadr; „ hann hafdi komit i Norveg, oc aflad ſer fiar à „ holmgaungom; hann hafdi fellt marga goda bönd- „ or oc ſcorat adr à Þa til holmgaungo til jarda „ ſinna oc odala " i. e. *Lioti cædes plurimis haud multum luctuoſa fuit, cum in vivis injurioſisſimus fuiſſet. Etenim ex qvo in* Norv*egiam venerat, pecuniam ex monomachiis fecerat, multosqve melioris notæ colonos, ni prædia ſua fundosqve hæreditarios ei cederent, ad ſingulare ſecum certamen provocatos, occiderat.*

Qvæ hactenus diximus, ſatis, credimus, evincunt, furorem berſerkicum, qvatenus veneficiis

(e) Ed. Isl. Lib. 2. cap. 58. p. 220.

ſuam debere originem creditus eſt, ad cauſas morales a veteribus relatum, & pro malo morali habitum eſſe. Verum qvod haud rarò cauſis phyſicis adſcriptus ſit, talesqve verè habuerit, omnes illæ narrationes indicant, qvæ eum multis etiam invitis superveniſſe docent. Memorabile hanc in rem præ ceteris eſt Thoreri exemplum, ex *Vatnsdælaſaga* a *Bartholino* (f) excitatum, qvi probro ſibi ducens, qvod furore berſerkico interdum corripi ſoleret, fratri Thorſteino auctor fuit, ut de hoc depellendo conſilia caperet. Nec pauca ex noſtris antiqvitatibus facillime colligi poſſent aliorum exempla, qvos parilem furorem nolentes invaſiſſe, omnes rerum, de qvibus ſermo eſt, circumſtantiæ monſtrant; Hæc vero recenſere ſuperfluum judicamus, cum ipſi etiam legum latores idem agnoverint, & in his *Jus Eccleſiaſticum Vicenſium* (g); nam poſtqvam foeminam, furoris gigantei incuſatam, ni ſe ſex foeminarum teſtimonio purgaret, toparchia cum bonis ſuis migrare juſſerat, ſignificanter addit, qvaſi poenæ, ſi cui forte hoc in caſu levior juſto videri poſſet, rationem redditurum: „ æi „ velldr hon þvi ſiolf at hon er troll " i. e. *ipſa* (foemina) *non in cauſa eſt, qvod furore giganteo corripiatur;* idqve haud ita dudum ſacerdotem

(f) Ant. Dan. p. 345-46.

(g) Edit. Havn. cap. 16. pag. 61.

tem qvendam borealis Islandiæ, furore, berſerkico ſimili, ſæpius exagitari ſolitum, magno ſuo malo expertum eſſe, multi adhuc viventes ſine dubio recordabuntur.

Cauſæ vero phyſicæ, qvæ ex veterum mente hic in cenſum veniant, tres inprimis eſſe videntur, impotentia ſcilicet animi, malorum geniorum ſ. ſpirituum vis, & vitium temperamenti ſive morbus. Primam, ut ad cauſas morales ſupra referre viſum eſt, qvatenus ſocordiam in affectibus reprimendis manifeſtè ſupponit, ita & ad phyſicas verè referri poſſe, qvatenus horum vehementiæ originem debuit, meritò perſvademur. Secunda in eis proprie locum habuiſſe videtur, qvibus furorem berſerkicum, citra magiam, a ſuperiore qvadam malorum geniorum vel ſpirituum poteſtate immitti creditum, *Landnamaſagæ* & *Eyrbyggiaſagæ* teſtimonia, pridem adducta, innuunt. Tertia deniqve ad ceteros omnes pertinet, qvos præter voluntatem idem furor invaſiſſe perhibetur; & ad harum alterutram absqve omni dubio referendum eſt Skallagrimi, in ludo cum filio Egillo ejusqve nutritore Thordo, in furorem verſi exemplum, in *Egilsſaga Skallagrimsſonar* his verbis deſcriptum: „ Þa varo „ þeir Þordr oc Egill moti Skallagrimi, oc mæddiz hann fyrir þeim, oc geck hanum þa verr; „ enn um aptaninn eptir ſolarfall, Þa geck þeim

„ verr,

„ verr. Gerdiz Grimr þa ſva ſterkr, at hann tok „ Þord upp oc rak nidr ſva hardt, at hann lamdizt „ allr audromegin oc feck þegar bana. Eptir þat „ greip hann til Egils. Þorgerdr Brak het ambatt „ Grims, hun hafdi foſtrat Egil — hun mællti: „ HAMAZT þu nu Grimr a ſyni þinum. Grimr „ let þa Egil lauſann ok þreif til hennar, enn hun „ brazt undan, enn hann eptir henni, oc foro ſva „ ut i Digranes, þa hliop hun a ſund, enn hann „ kaſtadi eptir henni ſteini miklum, hann kom „ i millum herda henni, oc kom hverki upp ſidan". i. e. *Tum Thordus & Egillus contra Skallagrimum diſpoſiti, ſuperiores tenuere, ita ut eorum impetu delaſſaretur; veſpere vero poſt ſolis occaſum pejus illis cesſit, Grimo contra vires ita accreverunt, ut Thordum in ſublime raptum, tanta viterræ allideret, ut, altero latere prorſus comminuto, mox exſpiraret. Poſt Egillum aggredi parantem ancilla, Thorgerda Brak, qvæ Egillum enutriverat, reprehendit, dicens: Jam Grime in filium tuum FURORE INHUMANO SÆVIS! Tum vero Grimus, Egillo relicto, eam corripere nititur, utqve in fugam ſe convertit, usqve ad Digranes perſeqvitur, ubi ſalutem natatu qværentem, magnæ molis ſaxo petens, inter humeros percusſit, ut neutrum unqvam enataverit.* Tantam enim inſaniam voluntariam

tariam non fuiſſe, manifeſtum eſt, cum virum prudentem, prorſusqve egregium, ſi ſui compos fuiſſet, familiares ſuos, imo ipſum filium ſine cauſa occidere voluiſſe, credibile non ſit; ſi qvis vero eam a malis geniis immiſſam, qvàm a vitio temperamenti ortam, ſtatuere malit, haud multum refragabimur; poſteriorem tamen cauſam magis probat *Egils-ſaga*, de Ulfo Skallagrimi patre, cætera ſapientisſimo, ſtatim ab initio referens: „ hvern dag er at kvell-„ di kom, þa gerdiz hann ſva ſtyggr, at fair menn „ mattu ordom vid hann ſkipta. Þat var mal manna „ at hann væri hamramr, þvi var hann Kvelldulfr „ kalladr". i. e. *Qvovis die ſub veſperam tanta auſteritate erat, ut pauci cum eo ſermones facere poſſent, vulgaris itaqve opinio erat, eum furore berſerkico exagitari, unde & Kvelldulfi nomen accepit;* his enim morbus ad Grimum a Kvelldulfo, & ad hunc iterum, a majoribus, ex proſapia gigantea ortis, nativitate propagatus haud obſcure indicari videtur. Qvale autem fuiſſe olim creditum ſit temperamenti vitium, qvod hujus in multis furoris cauſa fuit, omnium enarratisſimè tradidit *Niardvikingaſaga*, ſive prologus qvorundam exemplarium *Droplaugar-ſona-ſagæ* de inclyto Islandiæ occupatore Ketile Thrumo ita verba faciens: „ Ketill var manna hægaſtr hversdagliga, „ þögull ok ſalatr ſnemma, ok þvi var hann „ kalladr

„ kalladr Þrumketill — gallar varo a gedsmunom
„ hans, ſumir kollodo Þat meinſemd — Þat kom
„ at hanum i hverjum halfum manadi, at ſkialfti
„ hliop a haurund, ſva at hver tönn i hans höfdi
„ gnotradi, ſva hann rærdiz upp ok nidr, ok vard
„ Þa at gera fyrir hanum ellda ſtora, ok leita han-
„ um allra hæginda, Þeirra er menn matto veita.
„ Þeſſum hroll ok kullda fylgdi brædi mikil, ok
„ eirdi hann Þa engu Þvi er fyrir hanum vard,
„ hvart ſem var Þil, ſtockr, ſtafr, edr menn, ſva
„ Þo at elldr væri fyrir, Þa od hann. Hann geck
„ ok undan huſum Þil eda dyrabuning ef fyrir
„ vard, ok geck Þetta ſva a hverjum Þeim degi,
„ er at hanum kom, ok urdo menn Þa alla vega
„ at vægia til vid hann, enn Þa er af hanum leid,
„ var hann hægr ok ſtiornſamr — hanum var ſa
„ hrollr ſem vatni væri auſit milli ſkinns ok haur-
„ onds. i. e. *Ketill in vita qvotidiana inde a puero manſvetiſſimus fuerat & taciturnus, rerumqve alienarum parum curioſus, unde Thrumketill appellatus eſt. Animi ejus indoles nævo laborabat, qvem morbum qvidam vocavere — Qvolibet ſcilicet dimidio menſe ita corripiebatur, ut cutis ei contremiſceret, dentes ſtridore colliderentur, ipſeqve ſurſum & deorſum agitaretur, qvod ubi accidit, magnis ignibus accenſis eum fovere, omnesqve ei commoditates, qvæ*

qvæ haberi poterant, præstare necesse erat. Hunc horrorem & frigus ira ingens seqvebatur, qvâ in furorem versus, nulli obvio pepercit, sive tabulata, trabes, columnæ, sive homines essent, sed vel per ignes, si qvos forte offendit, transiit, qvin & tabulata ædificiorum postesqve dispulit, idqve qvovis die, qvo ita correptus est, eodem modo fiebat, unde necesse erat, ut omnes ei tunc cunctis in rebus cederent; ast ut malum evanuit, facilis & tractabilis erat — Iste autem horror ita ei comparatus videbatur, ac si inter cutem & carnem frigida perfunderetur. Hoc temperamenti vitium plerisqve, qvi eo laborabant, connatum fuisse videtur, qvibusdam tamen aliæ causæ, & maximè alimenta, ut Oddo Arngeiris filio caro ursi, qvam in fratris vindictam comederat (h), Thorsteino vero Tauripedi Skialldvoræ vomitus, qvem ventriculo exceperat (i), id attulisse putabantur.

Effectus furoris berserkici ex Veterum traditionibus præcipui fuerunt, qvòd eo occupati, ferocitate canum luporumve æmula, ore torvum infremerent, clypeosqve morsibus non modo attrectarent, sed & ex parte consumerent; porro qvòd robore tauros ursosve æqvante augerentur, ferro impene-

---

(h) *Landnamabok* edit. Isl. pag. 124.

(i) *Olafssaga Tryggvasonar* ed. Skalh. Lib. II. p. 32.

penetrabiles evaderent, incendia & flammas, nudis etiam pedibus, percurrerent & penetrarent; deniqve & (qvod *Saxo* Islandorum de eis relationibus addidit) torridas prunas igneosve carbones deglutirent. Qvid de fingulis fentiendum fit, difficile dictu eft. Ferocitas tamen multum dubii non habet, qvippe qvam fola barbaries inducere facile potuit. Nec robur hinc contractum omni ex parte incomprehenfibile videri debet; etenim in multis ab eo non fuit diverfum, qvod intenfionem nervorum & mufculorum folito majorem hominibus iracundis fæpisfime miniftrare notisfimum eft; in aliis vero tale revera fuiffe, qvale furor, qvi morbos qvosdam acutos interdum comitatur, producere folet, indicio effe poteft langvor, qvem furorem berferkicum feqvi confveviffe, tam plurima berferkorum exempla docent, qvàm *Egils-Sagæ* teftimonium, a *Bartholino* (k) laudatum, cui ex *Eyrbyggia-Saga* alterum de Hallio & Leiknere hic fubjungere placet, qvod hujus eft tenoris: „ Berferkirnir gengo heim „ um kvelldit, ok varo modir miok, fem hattr „ er þeirra manna, er eigi ero einhamir, at þeir „ verda mattlaufir miok er af þeim gengr (fer) „ berferksgangrinn ". i. e. *Berferki fub vefperam domum reverfi, admodum delaffati erant, qvemadmodum iis hominibusmos eft, qvi furore berfer-*

(k) Ant. Dan. pag. 346-47.

berserkico occupantur; qvippe qvi maxime debiles evadunt, ut eos furor relinqvit; unde & *Hrolfs og Gautreksſaga,* de Halfdani Regis athletis agens (l), berſerkos, ita poſt furorem langventes, cum eis comparat, qvi morbis decubuerant. Deniqve & robur iſtud arte qvadam naturali, ab ipſo furore diverſa, acqviſitum eſſe potuit. Certe *Saxo Grammaticus* (m), Odinum Haddingo, ſvavisſimæ cujusdam potionis beneficio recreato, non tantum vegetiorem corporis firmitatem prædixiſſe, ſed &, carmine adjecto, ut nova vis membris, nervis robur inopinum, ſuecederet, ſangvinem leonis bibendum & cor comedendum, conſuluiſſe narrat; ad qvæ *Stephanius* (n) recte obſervavit, gentilium multis perſvaſum fuiſſe, qvod animalis robore præcellentis (qvin & humanus) ſangvis, ſi recens biberetur, ſive caro, ſi cruda comederetur, robur augeret; id enim præter alios *Hrolfii Krakii Vita* duplici experimento confirmat, & primo qvidem Frodii, qvem Bodvaro fratri, ſangvinis ex ſura ſua cultro educti, & ab hoc epoti, ope, robur, qvo poſtea adeo inclaruit, conciliaſſe (o), deinde & Bodvaris, qvem Hotto, duobus ſangvinis belluæ a ſe occiſæ

(l) Ed. *Verelii* pag. 163. 164.

(m) Lib. I. ed. Sor. pag. 12.

(n) Not. pag. 48.

(o) Edit. *Biorneri* cap. 31. pag. 72.

haustibus, & parte cordis comestâ, idem officii præstitisse perhibet (p). Reliqvos furoris berserkici effectus, e. g. ferro non secari, ignesqve transire, veteres qvidem nostratium Poëtæ & Historici solis veneficiis adscribunt, qvomodo & *Ovidius* (q) virtuti cuidam divinæ adscribit, qvod Cygnus & Cæneus ferro sauciari vel occumbere non possent; nobis vero haud levis suspicio est, remedia etiam naturalia antiqvitus haud ignota fuisse, qvorum usus si non tantam, qvanta berserkis a veteribus vulgo tribuitur, & ob qvam antiqvis septentrionis Regibus usqve ad Haraldi Pulchricomi tempora magno in pretio sæpe fuerunt, solita tamen majorem cuti membrisqve duritiem addere potuerit, qvemadmodum talia in gestatione ferri candentis post adhibita fuisse constat. Deinde & omnes berserki ferro prorsus insecabiles non erant; plurimi enim certis armis arte magica factis occidi posse credebantur; qvidam, ut in *Grettis-Saga* socii Halogienses (r) & Snækollus (s), in *Vigaglumssaga* (t) Asgautus, & plures, aliis etiam vel vulnerati vel occisi esse perhibentur, unde eorum multi, & in his Ulfhedines,

(p) Ibid. cap 35. pag. 82.

(q) Metamorph. Lib. 12. v. 72-145. & 196-535.

(r) Cap. 21. pag. 99.

(s) Cap. 42. pag. 118.

(t) Cap. 4.

hedines, qvibus thoraces ex pelle lupina loricarum loco fuiſſe *Vatnsdælaſaga* memorat „ (hofdo varg- „ ſtacka fyrir brynjor) “, jam clypeis, jam aliis corporis munimentis, interdum uſi ſunt. Cum verò plurimi his deſtituti in pugnas ruere ſolerent, commune nomen *berſerkr* (a *ber* nudus, & *ſerkr*, proprie induſium, ſed poëticè lorica), qvod hominem loricâ non indutum ſignificat, qvalis *Svarfdælaſagæ* & *Sturlungaſagæ* alio nomine *berbrynjadr* audit, non tantum omnes ita furentes ſine diſcrimine manſit, ſed & ad alios athletas, & qvidem in *Grettisſaga* (u) Thorerem Haukulangum, nec non in *Laxdælaſaga* Helgium Hardbeini filium, qvos, licet rabie berſerkica haudqvaqvam percitos, qvodam tamen, vel ob crudelitatem, vel ob aliam qvamlibet inhumanitatem, dedecore notare veteribus placuit, traductum reperitur.

(u) Ed. Isl. pag. 82.



II. *De Centenario argenti* ad pag. 91.

Qvid *Hundrad ſylfurs*, ſive *Centenarius argenti* veteribus Islandis denotaverit, a longo inde tempore antiqvitatum perſcrutatoribus obſcurius viſum eſt; Commentati ergo in hanc vocem ſunt viri ſua laude digni: *Bardus Gislii* filius (a); *Anonymus* qvidam, nec non *Biörn de Skardſaa*, in *Gloſſariis Juridicis* voce Mörk; *Paulus Widalinus* etiam in *Gloſſario Juridico* voce Manngiölld, cujus tamen commentationis copia nobis nunc non eſt: deniqve *Jonas Jonæ* & *Erlendus Olai*, uterqve in literis ad Johannem Arnæum Epiſcopum qvondam Skalholtenſem datis, qvi omnes centenarium argenti viginti uncias argenti, ſive joachimicos, exæqvaſſe conſentiunt. Omnium tamen enucleatisſime hanc qvæſtionem diſcusſit *Biarnius Halthori* filius, in disqviſitione de *Centenario argenti* ad laudatum Arnæum miſſa, qvâ cæterorum ſententiam multis adſtruit, qvæ, in compendium redacta, lectori hic ſiſtere eo convenientius viſum eſt, qvò majorem diſſenſus auctorum, in præmio Thorgeiri Liosvatnenſi ab Hallo de Sida dato, de qvo qvædam ſupra pag. 90 notata ſunt, laudatis viris hac in re ſcrupulum movit.

Ita

(a) In *Annotatt. ad Leges Island.* Titul. *Mannhelge* Cap. 1. 31.

Ita vero *Haltborius* hanc in rem commentatur: Ut voces *mörk*, *eyrer*, *ortugr* & *peningr* ponderata & numerata differunt, ita & vox *hundrad;* qvippe qvod *numeratum* (hundrad talid) viginti uncias numeratas, five duas marcas numeratas cum dimidia, exæqvabat, cum contra *ponderatum* (hundrad vegit) viginti unciis argenti, vel duabus marcis ponderatis cum dimidia, æqvale fuerit; qvævis autem uncia argenti dimidiam marcam pannorum inqvilinorum, five 96 obolos Danicos in fpecie, valebat. Hæc qvidem numerandi ratio, qvæ difcrimen inter marcam, unciam, ortugos, nummos & centenarios numeratos & ponderatos ponit, dudum obfolevit, nec poft medium circiter feculi decimi tertii in Islandia obtinuit; qvod verò, tempore religionis chriftianæ in Islandiam introductæ, nullum fuerit difcrimen inter argentum ponderatum & numeratum, difertè teftatur Codex Legum *Gragas* (b) inqviens: „ Þat var jafnmikit fe „ kallat hundrat filfrs, fem fiogr hundruþ ok tuttu- „ gu alna vadmala. Ok verdr þa at halfri mörk „ vadmala eyrer". Id eft: *Æqvalis pretii ftatuebatur centenarius argenti, ac qvatuor centenarii majores & viginti ulnæ panni inqvilini, ita ut dimidia marca* (five 4. oræ vel unciæ) talis

(b) In Titulo de Conftitutione Tribuum.

talis panni unciæ argenti æqvivaleat. Qvæ verba ſatis ſuperqve evincunt centenarium argenti viginti unciis ſive imperialibus æqvalem fuiſſe, ita ut horum qvivis qvatuor uncias numeratas, ſive viginti qvatuor ulnas panni inqvilini valuerit; Reſiduæ autem viginti ulnæ compenſationis loco reputandæ ſunt, qvatenus panni argento viliores habiti fuerunt; ipſum tamen argentum duplicis tunc generis fuit, nempe *purum*, & *qvod, fractum, pallidum præ ſe ferebat colorem*, de qvo hic tantummodo ſermo eſt. Hinc autem ſeqvitur, multam pro cæde hominis liberi fuiſſe viginti imperialium; nec ullo modo inter ſe conciliari poſſe dimidium centenarium argenti, ex mente *Kriſtniſagæ*, & tres marcas argenti, qvas *Nialsſaga* Thorgeiri Pontifici Liosavatnenſi ab Hallo Sidenſi datas eſſe tradit, cùm in aprico ſit, diverſum qvid ab utroqve auctore indigitari, qvæ eorum diverſitas, vel diverſa lectione nititur, vel diverſa relatione, qvale in numeris diſcrimen in hiſtoriis antiqvis plus una vice occurrit.

Hac vero explicatione *Arnæus* haud qvaqvam convictus, primum Biarnio Halthorio & poſtmodum etiam Jonæ Jonæo reſcripſit: „ ſibi non„ dum ſatisfactum eſſe, ſed rationem etymologicam „ inſuper reddi debere, cur viginti imperiales *cen*„ *tenarii* nomine veniant; cùm certum eſſet, cente-

„ na-

» narium numeratum inde nomen traxiſſe, qvòd » centenarium ulnarum contineret. Deinde & tantillum Centenarii argenti, qvô multa ob cædem » commiſſam communiter expiari ſolebat, valo- » rem, cum pretio vitæ humanæ vix conciliari » vel conſiſtere poſſe; adeoqve haud abſurdum vi- » deri, centenarium argenti qvadraginta octo vel » qvinqvaginta unciis argenti æqvalem fuiſſe, ita ut » centenarium unciarum numeratarum continuerit"; eiqve ſuæ ſententiæ inprimis patrocinari autumabat, qvod argentum veterùm dimidia fere ex parte ære conſtiterit.

Haltborius igitur prædictam qvæſtionem copioſius ventilavit, ſuamqve de centenario argenti ſupputationem ſeqventibus denuo fulcivit argumentis: & qvidem

1) Analogia inter Centenarium numeratum & ponderatum; ut enim viginti unciæ numeratæ, qvæ duas marcas numeratas cum dimidia continent, centenarium numeratum ſemper conſtituerunt; ita viginti uncias ponderatas, ſive duas marcas ponderatas cum dimidia, Centenarium ponderatum, ſive Centenarium argenti conſtituiſſe, ipſa numerandi ratio, utrinqve eadem, facile ſuggerit.

2) Codex legum *Gragas* (e) diſertis verbis teſtatur, centenarium argenti qvatuor centenariis

L 4 panno-

(e) In loco ſupra allato.

pannorum inqvilinorum & viginti insuper ulnis æqvalem fuisse; Hæ autem 20 ulnæ tantum instar collybi considerandæ sunt. Qvem enim ad modum centenarius numeratus pro diversitate mercium, qvibus solutio fiebat, non unius fuit generis (mentio enim fit centenarii *pannorum inqvilinorum* tam *vulgarium*, qvam *bicolorum*, *pecorum*, *mercium legitimarum*, & *rerum levidensium:* „ hundrad vadmala, morendt, fridt, lögaura, „ ovandads fiar ", qvi, qvamvis omnes centenarii nomine venirent, &, si nulla solutioni conditio adjecta fuit, pro debitoris voluntate in nominibus solvendis substitui possent, plurimum a se invicem distabant); ita indubium est, centenarium argenti, centenario pannorum inqvilinorum, utcunqve bono, præstitisse. Distingvendum tamen præterea est inter argentum *legitimum*, & argentum *defæcatum* („ lögsilfr ok brendt silfr "), de qvorum utroqve *Gragas* (d) ita: „ Brendt silfr er enn, ok „ er eyrer at mörk lögaura. Enda lögsilfr, Þat er „ meiri litr se a silfrs enn messingar ". Id est: *ARGENTUM DEFÆCATUM est*, *cujus uncia marcam mercium legitimarum* (i. e. numeratam, sive 8 uncias numeratas) *valet ; est tamen & ARGENTUM LEGITIMUM*, *si color*

(d) In Titulo de fundis locandis cap. 3.

lor argentum magis qvam æs referat; hoc idem Codex aliis in locis *pallidum* appellat, jubetqve, ut ſit: „ bleikt ſilfr, ok hallda ſkör, ok vera „ meiri luti ſilfrs enn mesſingar “. Id eſt: *argentum, qvod, fractum, pallidum ſit, & majore ex parte argento qvam ære conſtet;* argentum vero *purum* & *argentum defæcatum* („ ſkirt ſilfr ok „ brendt ſilfr “) ex ejusdem mente ſynonyma ſunt, hujusqve uncia primo ulnis qvadraginta octo, poſt verò circa annum Chriſti 1136 qvadraginta qvinqve, & tandem anno Chriſti 1280 triginta ſex ulnis in Islandia venit. Qvòd autem *ſkirt ſilfr* & *brennt ſilfr* unum idemqve fuerit, *Snorro Sturlæus* (e) ulterius adſtruit; nam cum Haraldus Severus Norv. Rex argento, cujus major pars ære conſtabat, qvalem monetam *Haralldsſlatto* vocabant, aulicis ſuis ſtipendia numeraret, idqve argentum Halldori, filio Snorrii Pontificis, *purum* (ſkirt) non videretur, (qvare ſuccenſus, laciniam veſtis, cui ſtipendium inerat, manu diſcusſit, ita ut æs diſperſum in ſtipulam decideret, ſimul conqveſtus: „ Ek fær eigi mala minn „ falslauſann “. Id eſt: *ſtipendium meum ſine fraude mihi non numeratur;*) qvo permotus Bardus, Halldoris contubernalis, Regem monuit, vellet Halldori ſtipendium argento *puro* numerare:

L 5 „ Faid

(e) In vita Regis Haralldi Severi.

„ Faid honum mala finn *SKIRAN*" Regem illi duodecim uncias *argenti defæcati* („ brends filfrs ") referri jusfiffe tradit, qvod Halldori perplacuit. Qvàm vero parum argenti puri in Islandia fuerit circa annum Chrifti 960, idem *Sturlæus* (f) teftis eft, Islandos, ante qvàm Eyvindo Skalldafpilleri munus argenteúm, pro Poëmate in eorum laudes condito, obtulerunt, fabros ad argentum defæcandum conduxiffe memorans, ne fcilicet tanto viro, argento minus puro, qvamvis cætera legitimo (hvitt i fcör), fucum facerent.

3) Prædicta Centenarii argenti æftimatio ad amusfim concordat cum *Kriftnifaga* & *Olafsfaga Tryggvafonar*, qvæ Hallum de Sida Thorgeiri Liosvatnenfi, ut leges Chriftianorum promulgaret, dimidium centenarium dediffe referunt. Cum enim falarium Legiferi annuum duobus centenariis pannorum inqvilinorum conftaret, qvi &, fecundum hanc fupputationem, dimidium centenarium argenti æqvant, inde elucefcit, Hallum unius anni falarium Thorgeiri numeraffe, ut eum ad difficillimum hocce novarum legum ferendarum negotium fufcipiendum adduceret; nam *Nialsfagæ* de hac re relatio omni fundamento carere videtur.

4) Accedunt Teftimonia hiftoriarum, qvæ dum mulctam pro cæde commiffa, jam tribus marcis,

(f) Heimskr. ed. Svec. T. 1. pag. 189.

cis, jam centenario argenti, expiari confveviffe memorant, re ipfa demonftrant, trium marcarum & centenarii argenti pretium non multum a fe invicem diverfum fuiffe. Tales funt *Vita Haralldi Severi*, qvæ Sneglu-Hallium illâ multâ contentum fuiffe tradit, nec non *Svarfdælafaga*, qvæ Thorkelem filium Skidii filio Karlis Ruffi pro cæde patris tres marcas offerentem, fimul addidiffe refert, ftultum illum omninó reputari debere, fi tantam multam recufaret.

5) Eodem plane modo aliis etiam in caufis centenarius argenti, & tres marcæ argenti, apud hiftoricos noftrates pari fere paffu fæpius ambulant. Ita Rafn Thorleifo *centenarium argenti*, ut vervecum ablationem (g); Viri autem fponfam deducentes, Steinfinno *tres marcas*, ut, ubi fponfa, ab iis vi magicâ rapta, fe contineret, indicaret, dederunt (h). Ita & Thordus filius Kolbeinis Biörni Hytdalenfium Athletæ ob carmen probrofum *centenarium argenti*, Biörn autem vicisfim ob fimile carmen, & probrofam ftatuam *tres* ei *marcas* expendit (i). Unde tamen fimul patet, tres marcas argenti pluris fuiffe, qvàm centenarium argenti. Cætera mos feculo decimo & undecimo invaluit, injurias, etiam leviores, magna multa expiandi, veluti

(g) Saga af Vemundi og Viga-Scuto cap. 4.

(h) Ibid. cap. 14.

(i) Biarnar faga Hytdælakappa cap. 14.

uti cum Thorkell, Gretteris Robuſti in Norvegia hoſpes, tantam pro ſannis cognati ſui Biörnis multam Gretteri obtulit, qvanta pro cæde viri liberi expendi ſolebat (k); cujus moris reliqviæ eſſe videntur multæ trium marcarum in Codice legum Islandicarum *Gragas* ſæpisſime occurrentes.

6) Deniqve idem illuſtrant tam leges duelli, qvæ vulnerato, ut tribus marcis argenti vitam redimeret, permiſerunt, qvàm præmia iis, qvi proſcriptum qvendam occiderent, proponi ſolita; qvippe qvæ jam centenario, jam tribus marcis, argenti conſtabant; vita enim, ſive vendenda, ſive ab aliqvo redimenda eſſet, æqvali fere pretio ſtetit.

Cætera vox *hundrad ſilfrs* vel *centenarius argenti* obſolere cæpit, ex qvo argentum purum ſeculo duodecimo vulgo innotuit; nec usqvam in Legibus vel Hiſtoriis mihi occurrit vox *centenarius argenti PURI* (Hundrad BRENDS ſilfrs), qvid? qvod centenarius argenti in nullis legibus ſcriptis exſtat, niſi qvod Gudmundus, anno 1122 Legifer factus, in Lege (l) ſupra citata, vocem, ut antiqvam, adfert & explicat, ita ut ejus tempore ab uſu fere receſſiſſe videatur.

Si objiciatur: *duas marcas cum dimidia non ideo nomine centenarii argenti venire poſſe. qvod*

(k) Grettis-Saga cap. 23.

(l) Codicis *Gragas* de Tribuum conſtitutione.

qvòd nullæ hic partes ſint ſuppoſitæ, qvæ invicem additæ numero centenario inſigniri qveant, qvem ad modum centenarius mercium centenarium ulnarum panni inqvilini denotat: reſponderi poteſt per inſtantiam: Qvænam ratio eſt, qvòd qvadraginta octo ulnæ *marcæ* vel ſemi libræ numeratæ nomine veniant? Qvidnam qvæſo ibi reſpondet denominationi *marcæ*, vocis ſcilicet, qvæ pondus, non vero longitudinem aut pretium denotat? Profecto nihil. Nunqvam enim marca vel ſemilibra auri vel argenti æqvalis fuit pretii cum qvadraginta octo ulnis panni inqvilini, nec hæ unqvam, qvoad pondus, ſemilibræ fuere æqvales; ſed octo unciæ numeratæ, ſive qvadraginta octo ulnæ, nomine marcæ numeratæ veniunt, ad ſolam ſimilitudinem unciæ ponderatæ, qvarum octo *marcam*, ſive ſemilibram, conſtituunt. Æqve improprio ſenſu *centenarii* nomen in æqvationem ponderum introductum eſt; unde tali argumento, a propria vocum ſignificatione ducto, nihil ponderis ineſt.

Coronidis loco monere juvat, durante ethnicismo, & primis religionis chriſtianæ in Islandia temporibus, multam ob cædem viri liberi *centenarium argenti* vel duas marcas cum dimidia æqvaſſe, his enim temporibus, qvibus homicidium gloriæ potius qvam crimini ducebatur, talis multa parva admodum fuit, nam qvamvis leges, exilii & confiſcationis

ſcationis pœnam homicidæ dictaverint, plerumqve tamen pactum initum fuit de ejus ſecuritate, ſi parvam tantum multam hæredibus defuncti numeraret. Sed poſt medium circiter ſeculi duodecimi usqve ad medium ſeculi ſeqventis hæc multa paulatim crevit, ita ut ob cædem hominis, etiam plebeji, qvatuordecim, viginti, qvin & viginti octo marcæ argenti perſolverentur, & ob cædem Optimatis triplex vel major mulcta. Qvare ab his de ſignificatione *centenarii argenti* nihil certi concludi, vel poteſt, vel debet.



Chro-

Chronologia rerum maxime memorabilium in *Kristnisaga* occurrentium, vel qvæ sub eadem tempora acciderunt.

A. C.

869. *Ingolfus* primo Islandiam invenit.
870. *Passio* S. Edmundi *Regis Angliæ.*
872. Alfredus Magnus *Rex Angliæ.*
874. *Islandia* a Norvegis inhabitari cæpta est. pag. 118.
875. Carolus Calvus *Imperator Germaniæ.*
880. Biörno *Rex Seciæ.*
888. Adalgarius *Archiepiscopus Hamburgensis.*
900. Edvardus I. *Rex Angliæ.*
909. Hogerus *Archiepiscopus Hamburgensis.*
916. Unno *Archiepiscopus Hamburgensis.*
924. Adelstanus *Rex Angliæ.*
928. *Ulfliotus* Legifer leges in Islandiam infert.
930. *Rafnus Hængi filius* Legifer Islandiæ annis XX.
— *Grimus* Islandiam lustrat ante constitutum locum comitiorum generalium.
931. Haralldus Cærulidens *Rex Daniæ.*
932. Olavus *Rex Seciæ.*
— Ericus Blodöxe *Rex Norvegiæ.*
934. Haqvinus Adalstensfostre *Rex Norvegiæ.*

936.

A. C.

936. Adaldagus *Archiepiscopus Hamburgensis.*

939. Edgarus *Rex Angliæ.*

950. Ericus Victoriosus *Rex Sveciæ.*

951. *Thorarinn Ragabroder* Legifer Islandiæ annis XX.

961. Haralldus Grafeldus *Rex Norvegiæ.*

963. Haqvinus *Comes*, *usurpator Norvegiæ.*

970. *Thorkell Mane* Legifer Islandiæ annis XV.

973. Otto II *Imperator Germaniæ.*

975. Benedictus VII. *Pontifex Maximus.*

— Edvardus Sanctus *Rex Angliæ.*

976. Basilius & Constantinus *fratres, Imperatores Constantinopolitani.*

978. Edelredus *Rex Angliæ.*

980. Sveno Barbæ furcatæ *Rex Daniæ.*

981. *Fridericus Episcopus*, & *Thorvalldus filius Kodranis* in Islandiam veniunt, religionem Christianam annunciaturi. pag. 2.

984. Johannes XIV & Johannes XV. *Pontifices Maximi.*

— *Grönlandia* ab Islandis inhabitari cœpit.

985. *Thorvardus Bödvaris Sapientis filius* templum Christo in prædio suo *Afe* exstruit, qvod per annos 260 integrum permansit. p. 18-21.

— Johannes XVI. *P. P.*

— *Thorgeir Liosavatnensis*, Legifer Islandiæ annis XVII.

A. C.

986. *Fridericus* & *Thorvalldus* Islandiam relinqvunt. pag. 26.

— Libentius *Archiepiſcopus Hamburgenſis.*

990. Olaus Skottkonung *Rex Sveciæ.*

992. Olaus Tryggvius *in Syllingis baptizatur.* pag. 31.

993. Otto III. *Imperator Germaniæ.*

994. *Prælium* Jomsvikenſium *in* Hiörungavoge.

995. Olaus filius Tryggvii *Rex Norvegiæ.*

996. *Stefner filius Thorgilſis* ab *Olao* Rege Norvegiæ in Islandiam ablegatur, ut chriſtianismum introducat. pag. 34.

— Gregorius V. *Papa Romanus.*

997. Lege in Comitiis *Islandiæ* lata, Chriſtianis aqva & igne interdicitur. pag. 38.

— *Stefnere* re infecta reverſo, *Thangbrandus* in Islandiam a Rege *Olao* mittitur, pag. 40-43.

998. *Thangbrandus* Islandiam peragrando, nonnullos baptizat, & cum *Kolo* pugnat. pag. 48. 56.

999. *Thangbrandus* cum *Tiörine* berſerko congreditur. In *Norvegiam* revertitur. p. 64.

— *Hialltius filius Skeggii* ob carmen contra numina ethnica exul, ad Regem *Olaum* ſe recipit. pag. 66-80.

— Sylveſter II *Pontifex Romanus.*

A. C.

1000. *Giſſur Albus* & *Hialltius* è Norvegia in Islandiam advenientes, in comitiis introducendæ religionis Chriſtianæ negotium publice exponunt. Incolis in diverſa euntibus, *Thorgeir* Legifer leges fert utriqve partium acceptas. Omnes ethnici in Islandia baptizantur. pag. 82-101.

— *Leifus* religionem Chriſtianam in *Grönlandiam* introducturus a Rege *Olao* mittitur. *Vinlandia* regio Americæ Septentrionalis ab eo invenitur. pag. 102.

— *Rex* Olaus *in prælio Svoldrenſi evanuit.* ibid.

— Ericus & Sveno *Comites*, Gubernatores Norvegiæ.

1002. *Grimus Skogenſis* Legifer Islandiæ annis II.

— Henricus II. *Imperator Germaniæ.*

1005. Skaptius filius Thoroddi Legifer Islandiæ annis XXVII.

1013. Unvanus *Archiepiſcopus Hamburgenſis.*

1014. Canutus Magnus *Rex Daniæ.*

1017. Canutus Magnus *ſimul Monarcha totius Angliæ.*

— Olavus Sanctus *Rex Norvegiæ.*

1019. Canuti Magni *expeditio Vandalica.*

1021.

A. C.

1021. *Orcades* Sancto Olavo *Regi Norvegiæ subjectæ.*

1023. *Grönlandia* Sancto Olavo *Regi Norvegiæ subjecta.*

1024. Anundus Jacob *Rex Sveciæ.*

— Conradus *Imperator Germaniæ.*

1026. *Prælium* Helgaënse *inter Canutum Magnum & Reges Norvegiæ ac Sveciæ.*

1027. Canuti Magni *iter Romanum.*

1029. Canutus Magnus *simul Rex Norvegiæ.*

— Libentius II. *Archiepiscopus Hamburgensis.*

1030. *Passio* Sancti Olai *Regis Norvegiæ.*

1031. Sveno, *Canuti Magni filius, Rex Norvegiæ.*

— *Steinn filius Thorgesti* Legifer Islandiæ annis III.

— Obiit *Snorrius* Pontifex. pag. 7. 90. 100.

1032. Canutus Magnus *Scotos vincit.*

— Hermannus *Archiepiscopus Hamburgensis.*

1034. *Thorkillus filius Tiörfii* Legifer Islandiæ annis XX.

1035. Bezelinus *Archiepiscopus Hamburgensis.*

1036. Harde-Cnut *Rex Daniæ.*

— Haralldus Harefod *Rex Angliæ.*

— Magnus Bonus *Rex Norvegiæ.*

— Emundus Slemme *Rex Sveciæ.*

A. C.

1039. Magnus *Rex Legem Throndensibus fert, dictam* Gragas.

— Henricus III. *Imperator Germaniæ.*

1040. Steinkell *Rex Sveciæ.*

— Harde-Cnut *simul Rex Angliæ.*

1042. Magnus Bonus *simul Rex Daniæ.*

— Edvardus Confessor *Rex Angliæ.*

1043. Adalbertus *Archiepiscopus Hamburgensis.*

1046. Haralldus Severus *Rex Norvegiæ.*

1047. Sveinn Estrithius *Rex Daniæ.*

1048. Leo IX. *Pontifex Romanus.*

1054. *Geller filius Bölverki* Legifer Islandiæ annis IX.

1056. *Isleifus*, filius Gissuris Albi, primus Islandiæ Episcopus inauguratur pag. 106. 138.

— *Sæmundus Polyhistor* nascitur.

— Michaël Stratonicus *Imperator Constantinopolitanus.*

— Henricus IV. *Imperator Germaniæ.*

1062. *Prælium* Nissense *inter* Sveinem *Daniæ*, & Haraldum *Norvegiæ Reges.*

1064. *Pax facta inter* Danos & Norvegos.

1066. Haralldus Godvinius *Rex Angliæ.*

— Haralldus *Norvegiæ Rex in Anglia cæsus.*

— Wilhelmus Conqvestor *Rex Angliæ.*

— *Kolbeinn filius Flosii* Legifer Islandiæ annis VI.

A. C.

1067. Olaus Qvietus *Rex Norvegiæ.*

— Haqvinus Rufus *Rex Sveciæ.*

— *Arius Polyhiſtor* naſcitur.

1072. Liemarus *Archiepiſcopus Hamburgenſis.*

— *Geller* iterum Legifer Islandiæ annis III.

1073. Gregorius VII. *Papa Romanus.*

1074. Haralldus Hein *Rex Daniæ.*

1076. *Sighvatus filius Surti* Legifer Islandiæ annis VIII.

1078. *Sæmundus Polyhiſtor* ex ſcholis Gallicis in patriam redit.

— Nicephorns Botoniates & Nicephorus Briennus *Imperatores Conſtantinopolitani.*

1080. Obiit *Isleifus* primus Islandiæ Epiſcopus. pag. 108.

— Sveinn Victimarius *Rex Sveciæ.*

— Canutus Sanctus *Rex Daniæ.*

1081. Alexius Comnenus *Imperator Conſtantinopolitanus.* pag. 118.

1082. *Giſſur,* filius Isleifi Epiſcopi, Epiſcopus Islandiæ conſecratur. pag. 110.

1083. *Giſſur* Epiſcopus e Dania in Islandiam advenit. ibid.

— Ingo *Rex Sveciæ iterum.*

1084. *Marcus filius Skeggii* Legifer Islandiæ annis XXIV.

A. C.

1086. Olaus Famelicus *Rex Daniæ.*

1087. Wilhelmus Rufus *Rex Angliæ.*

1088. Urbanus II. *Pontifex Romanus.*

1090. Obiit *Hallus Haukdalensis*, natus annos 94, a *Thangbrando* anno 999 baptizatus. pag. 48.

1093. Magnus Nudipes *Rex Norvegiæ.*

1095. Ericus Bonus *Rex Daniæ.*

1096. Decimæ in Islandiam introductæ sub auspiciis *Gissuris* Episcopi, *Marci* Legiferi, & *Sæmundi Polyhistoris.* pag. 110.

— *Peregrinationes Hierosolymitanæ a septentrionalibus inceptæ.*

1099. Pascalis II. *Pontifex Romanus.*

1100. Baldvinus *Rex Hierosolymitanus.* p. 118.

— Henricus I. *Rex Angliæ.*

1101. *Passio* Sancti Magni *Comitis Orcadum.*

1102. Magni *Regis Norveg. expeditio Irlandica.*

1103. Sigurdus Hierosolymipeta, *cum fratribus*, *Rex Norvegiæ.*

1104. *Archiepiscopus in Dania constitutus, Caput totius Ecclesiæ Septentrionis.*

— *Hekla* mons Islandiæ primum ardet.

1105. Philippus (pag. 118) & Ingo *Reges Sveciæ.*

1106. Henricus V. *Imperator Germaniæ.*

1107.

A. C.

1107. Post censum in Islandia initum, & cathedram Holensem ab Episcopo *Gissure* institutam, *Johannes Sanctus*, primus Episcopus Holensis inauguratur. pag. 112-116.

— Nicolaus *Rex Daniæ.*

1108. *Ulfhedinn filius Gunnaris* Legifer Islandiæ annis IX. pag. 114.

1109. Sigurdus *Rex Norvegiæ Hierosolymam venit.*

1110. *Teitus* Halli filius, sacerdos, moritur.

1117. *Bergthor filius Rafnis* Legifer Islandiæ annis VI.

— Conclusum in Comitiis Islandiæ, ut leges in literas referrentur, & reformarentur. pag. 114. 116.

1118. Obiit *Gissur* Episcopus pag. 118.

— *Thorlacus filius Runolfi* Episcopus Skalholtensis consecratur. ibid.

— Templum Thingvallense tempestate dirutum pag. 120.

— Annona sæva in Islandia. pag. 120.

— Gelasius II. *Papa Romanus.*

— Johannes Comnenus *Imperator Constantinopolitanus.*

1119. Lues epidemica in Islandia. pag. 124.

1119. Lites inter *Haſlidium Maris filium* & *Thorgilſem filium Oddii.*

— Calixtus II. *Papa Romanus.*

1120. *Sacerdotes Danorum uxores dimittere coguntur.*

1121. Obiit *Johannes Sanctus* primus Epiſcopus Holenſis, in cujus locum *Ketell filius Thorſteinis* electus, peregre proficiſcitur. pag. 124-126.


— Reconciliatio *Haſlidii* & *Thorgilſis*. ibid.






I. Genea-

I. Genealogia Thorvalldi filii Kodranis.



II. Genealogiæ HALLI de Sida, HIALLTII filii Skeggii, JOHANNIS primi Episcopi Holensis, SÆMUNDI & ARII utriusqve dicti POLYHISTORIS, SNORRONIS STURLÆI & Comitis Gissuris. *Landnam*, Part. 4. cap. 8. 9. *Olafsf. Tryggvaf.* Part. I. pag. 211. 222. *Nials-saga* pag. 41.



II. A.

Hrollaugus.

Össur Keilis-elgr (falsò Gissur dictus in Olafssaga Trygg. Part. 2. pag. 211.)

Thordisa. Maritus Thorsteinn,

HALLUS de Sida, unde & *Sidu-Hallus* interdum appellatur, a Christianis Legifer electus, qvem honorem ille declinavit. vid. supra p. 9. 45. 90.

Vid. B.

Hroalldus

Ottar Hvalro

Gudlauga

Thorgerda. Maritus Liotus.

Jarngerda. Maritus Marcus.

Valgerda. Maritus Thordus.


Bödvar. Uxor Helga

Gudnya. Maritus Sturla Hvammensis.

SNORRo STURLÆUS, celebris Historicus † 1241.

II. B.

Sidu-Hallus.




III. Genealogiæ GISSURIS ALBI, ISLEIFI Episcopi, STEFNERIS, JOHANNIS Sancti Episcopi & plurium, ex *Laxdælasaga*, *Landnamabok* libr. I. cap. 10. 11. part. 2. cap. 11. part. 3. cap. 12. 15. 16. part. 4. cap. 10. Mantissa. *Nialssaga* pag. 2. 172. *Eyrbyggiasaga*, *Olafssaga Tryggvas.* part. 2. pag. 88. 61. & *Sturlungasaga*.

Vatnar Rex Hordalandiæ

Hialldus

Grimus, dictus *Vedra-Grimus*, Dux Soguiæ; Uxor Geyrvöra filia Regis Eylaugi

Biörn Buna




III. A.

Biörn Austræni, unus Aboriginum Islandiæ.

- *Kiallakus*
  - *Helgius*. Uxor Vidbiörga, neptis Gaungu Rolfi.
    - *Osvifus Spaki* (sapiens) vid. supra p. 40.
      - *Ospakus.*
        - *Ulfus*, supremus aulæ Mareschallus.
          - *Jonas* de Reirvöllo.
            - *Erlendus Hunalldi*
              - *Eysteinn*, vel *Augustinus*, Archiepiscopus Norvegiæ † 1188.
      - *Thorolfus.*
      - *Askell.*
      - *Vandradus.*
      - *Torradus.*
      - *Gudruna.* Mariti Thordus, Bollius, & Thorkell.
        - *Geller*
          - *Thorgils*
            - ARIUS Frode sive Polyhistor supra pag. 104. 109.
          - *Thorkell.*
            - *Orna* vel *Ornya*. Maritus Illugius.
              - *Ingemundus* presbyter. Uxor Valgerda.
                - *Illugius* vid. supra pag. 128.
    - *Einar Skalaglam*

III. B.

Auda Diupaudga five *Diupydga*. Maritus Olaus Albus Hiberniæ debellator.



IV. Genealogiæ GISSURIS ALBI, ISLEIFI, GISSURIS, & KOLI Epifcoporum, & SÆMUNDI Polyhiftoris. *Landnamabok* part. 5. cap. 12. *Olafsfaga Tryggvaf.* part. 2. pag. 222. *Nialsfaga* pag. 72.

Ketell. Uxor Æfa, filia Haconis Comitis Griotgardi filii.


Ketelbiörn, unus Aboriginum Islandiæ. Uxor Helga vid. Geneal. 3.

- *Teitus.* Uxor Alofa vid. Geneal. 5.
  - GISSUR ALBUS
    - ISLEIFUS primus Islandiæ Epifcopus † 1056.
      - GISSUR fecundus Islandiæ Epifcopus † 1118.
      - *Thorvalldus.* vid. fupra pag. 106.
      - *Teitus,* nutricius Arii Polyhiftoris. vid. fupra pag. 107.
    - *Vilborga.* Maritus Hialltius filius Skeggii.
  - *Ketelbiörn*
    - *Kolus*
      - *Thorkell*
        - KOLUS Epifcopus Ofleyenfis. vid. fupra pag. 109.
  - *Jorunna.* Maritus Ellida-Grimus.
    - *Asgrimus* vid. fupra pag. 9. 86.
    - *Sigfus*
      - *Thoreya.* Maritus Sigfus.
        - SÆMUNDUS *Polyhiftor* † 1133. vid. fupra pag. 110. 116.
- *Thorkatla.* Maritus Asgeir.
  - *Geir* Pontifex.

V. Genealogiæ Regum Norvegiæ OLAI *Filii Tryggvii* & OLAI *Sancti*, GISSURIS *Albi*, ISLEIFI & GISSURIS *Episcoporum* &c. *Landnamabok* part. 3. cap. 1. part. 5. cap. 12. *Olafssaga Tryggvasonar* part. 2. pag. 89. *Nialssaga* pag. 72. *Viga-Glumssaga* pag. 184. *Grettissaga* Ed. Isl. pag. 81. 87. 105.

Ragnar Lodbrok Rex Daniæ.

Alofa. Maritus Lunda-vel Hunda-Steinar Comes in Anglia (Jarl).




VI. Genealogia HIALLTII Filii Skeggii, qvi religionem christianam non tantum in Islandiam sub auspiciis Regis Olai Tryggvini introduxit & legibus sanciri fecit, sed & postea sub auspiciis Regis Olai Sancti reformavit. *Landnamabok* part. 5. cap. 7. *Olafssaga Tryggvasonar* part. 2. pag. 222, *Olafssaga Helga.*

Thorsteinn Luna unus Aborigi-num Islandiæ.

Thorgils

Asleifa. Maritus Ketell Einhen-di (Unimanus).



Index



INDEX

rerum memorabilium & nominum propriorum in *Kristnisaga* & notis ad illam occurrentium.

A.

N *As-*

Egill

F.

Gi-

Gud-

Ivar

K.

Kiria-

P.

R.


Cum

Thorla-

Epiſco-

U.

Vik



IN-

INDEX

Vocum & loqvendi formularum, in *Kristnisaga* & *Þætti af Isleifi Biskupi* occurrentium.

A.

A (*Præposit. regens Accusat. & Ablativum*) *in*, 4. *ad* 14. *contra*, 34. (*occurit qvoqve tanqvam nota Genitivi*) 18. a morgin *cras*, 44. *Respondet huic præpositioni Germanorum & Belgarum* au, *fere simili usu & sensu.*

A, *amnis* 46. *proprie aqva, ut Alem.* aka, *Ulf.* agha *lat.* aqva, *Gall.* eau &c.

A, atti, ega *vel* eiga, ætti *possideo*, 58. atti at sonum *filios habuit*, 136. at eiga börn *liberos progignere*, 22. ek a von *spem foveo*, 74. at ega lut at, *procurare* 40. attu stefnu *conventum habuere*, 92. 2) *debeo* 114.

A, *in matrimonio habeo*, ega mann *maritum habere*, 12.

Adr, *antea, ante* 14. *alias* endr, *Lat. ante.*

Adra, *aliam, alios* acc. pl. masc. & acc. sing. fæm. *ab* annar.

Adryckia, *propinatio* 82. (a, dreck, *bibo*) drecka a, *propinare*, *veteribus in usu fuisse videtur.*

Adu, *jumenta qviescere fecerunt, imperf. ab* ai.

Af, (*Præpositio*) *de*, 2. *propter*, 16. *a partibus* 58., af þvi *ideo*, 96. at taka af einum, *alicui auferre*, 30.

Afklæde, *exuo* 72. (af, klædi, *vestio*).

Afleidis, *de via*, 22. (af. leid, *via*).

Affkifte, *vid.* skifte.

Aftekinn, *vid.* tek.

Agiætr

 anden,

Atian,

By, bio, bioggu, & biuggu, byggt, bua, *instruo.* 56. *habito.* 2. (bu, *res familiaris*).

Bialla, *nola*, 62. *Cumqve hæc unum fuerit instrumentorum, qvæ Christiani suis sacris adhibebant, hinc sacerdos poëtice appellatur* Biöllugiæter, *id est: custos nolæ.*

Biarg, *rupes*, 92. *Confer.* Berg.

Bid, bad, badu, bidia, *rogo*, 4. 14. bidia konu, *ambire nuptias mulieris*, 134. badu fyrer, *intercedebant*, 76.

Bid, beid, bidu, bida, *exspecto.* 20.

Byd, baud, budu, bioda, bodinn, *invito*, 28. baud kost a, *optionem dedit.* 18. þeir budu kugan, *violenter egerunt.* 14. (bod *mandatum*).

Byggt, *particip. pass. a* by.

Bil, *interstitium loci vel temporis.* i þvi bili, *interea*, 74. Norveg. beel, *idem. Vox reliqvis lingvæ Gothicæ dialectis non communis, nisi ad Germ.* Weile *referre volueris.*

Bind, batt, bundu, *ligo.* at bindast fyrir, *rem gerendam in se suscipere*, 78.

Bio, *habitavit*, bioggu, *habitarunt*, *vid.* By.

Biskup, *Episcopus.* 2. Biskupsdomr, *dioecesis.* 112. Biskupsdæme, *idem*, 138. Biskupsstoll, *cathedra episcopalis*, 112.

Biuggu, *habitarunt*, *vid.* By.

Blakkr, (*poëtice*) *eqvus*, 60. Blakkr brands, *eqvus rostratus*, sive *navis*, ibid. Blackr *propriè dici videtur eqvus subfusco colore, nempe ab adject.* blackr, *subfuscus*, *sicut adjectiva* bleikr, *pallidus;* raudr, *rufus;* brunn, *badius; vulgo substantivè sumuntur de eqvis ejusdem coloris, vel* blackr, *eqvi nomen, depravatum est à Germ.* wallach, *cantherius*, *eqvus castratus*, *de qvo videsis* Wacht. & Ihre.

Bonord,

E.

Eyrendi,

F.

Faer,

Fotr,

Geisla,

Godord,

 Greip,

H.

Haſiall,

Hafiall, *cacumen montis*, *mons altus*, 104. (har, *altus*; fiall, *mons*).

Hafna, höfnudu, *abstineo me ab*, 16. *proprie* hafna *Sv.* hæmna *impedire*, *ejusdem haud dubie originis ac* hamla.

Hafnar *vid.* höfn.

Hagr, *status*, *conditia.* fiarhagr, *conditio facultatum*, 138. *ab* ha, *agere*, *manere.*

Hagr, *in agendo dexter*, 140.

Halfr, *dimidius*, 90. 39.

Halld, *tutamen*, 30. (helld, *teneo*).

Hallda, *vid.* helld.

Halmr, *stipula*, *stramen*, 68. *Lat.* calamus, culmus.

Hallæri, *annona sæva*, 120. (hardr, *durus*; ar, *annona*).

Hamar, hömrum, *malleus*; mordhamar, *securis*, 54. *A. Sax.* hamor, *Al.* hamer, *Dan. Sv.* hammer, *idem.*

Hámar, hömrum, *rupes prærupta*, 92. *forte ab A. S.* ham, hæm, *domus*, *quia saxa & prærupta a malis geniis inhabitari vulgus sibi persvadet*, *vel a figura*, *mallei caput æmulante.*

Handar, *vid.* hönd.

Hann, hun, hönum, henni, (*Pronom. relat.*), *ille*, 10. 72. (*Pronom. pers.*) 4.

Harbardr, *Nomen proprium gigantis*, *cum qvo Thor*, *numen ethnicum*, *lites habuit*, *qvæ in* Edda Sæmundina *adhuc sub titulo* Harbardzliod *descriptæ existunt.* Harbardr *præterea pro qvovis gigante poëtice adhiberi potest*, *&* Thor *poetice describi per hostem vel occisorem gigantum*; *vid.* Edda *in* Thorskenningar; *unde* Harbards vea fiardr *pacis Harbardi disturbator*, *est Thor*, *cujus* fannreynir, *s. qvi Thorem vere experitur*, *est*, *qvi in ipsius est potestate*, *qvod* valld *appellatur.* *Hinc* Harbards-veafiardar-fannreynir *descriptione poëtica est* Thorvalldus. 50.

Heill,

Hlydi›

Hol,

J. I. Y.

Yfer,

K.

Knerri,

M.

Mattu,

N.

Næstr,

O.

Orti,

Rada,

Reynir,

Reynir, *qvi experitur*, *hinc* reynir rydfionar randa, *qvi prælium tentat*, id eſt: *miles*, *&* hialldurs ſigdreyner, *qvi falcem explorat bellicam*, 54. *&* ſannreyner Þors, *qvi Thorem vere experitur*, ſcil. *tutorem*, ſ. *qvi in Thoris poteſtate vel tutela eſt*, *qvæ poëtica eſt circumſcriptio nominis proprii* Þorvalldr, 52. *Conf.* Harbardr, *&* rydfion. (reyni, *experior*).

Reinir, *ſorbus*. (*Ihre cognatum eſſe putat* ⁊ω runnr, *virgultum*). Unde randa rydfionar reinir, *ſorbus prælii*, *&* hialldurs-ſigd-reinir, *ſorbus falcis bellicæ*, *miles poëtice appellari poteſt*, 54. *Conf.* Edda Snorron. *in* Mannskenningar, *& ſupra voc.* reynir.

Reiſi, *erigo*, 58. at reiſa kirkiu, *templum ædificare*, 84. (ris, *ſurgo*).

Rek, rak, ræki, (*alias aſpiratè* hrek) *pello*, *trudo*, 50. 62. *Neutral. ſumitur:* ſkipit rak a land, *navis in terram delata fuit*, 60. *Svec.* wræka, *pellere*, *trudere*, *Dan.* vrage, *rejicere*.

Renn, rann, runnu, rinni, *curro*, 68.

Rettlæti, *juſtitia*, 66. (rettr, læt).

Rettr, *rectus*, *juſtus*, 4. 36. 110.

Rid, *vid.* hrid.

Rid, reid, *eqvito*, 24. 136. hann var ridinn, *eqvitaverat*, 86.

Ryd, *ferrugo*, (*omnino à* ravdr, *ruber*, *vel* rodi, *rubigo*) randa-ryd, *ferrugo clypeorum*, randa-rydfion, *ſeparatio*, *vel diſcusſio ferruginis clypeorum*, *ſive*, *prælium*, randa-ryd-fionar-reynir, *qvi prælium tentat*, *vel experitur*, i. e. *miles*. 54.

Ryd, ruddi, rydia, *ſterno*, *viam patefacio*. Þat ruddi til landaudnar, *deſolationi terræ viam aperuit*, 98.

Riddari, *eqves*, 28. (rid).

Ridr, *fæmina*, 16.

Rigni,

S.

Skire,

Sönnudu, *vid.* ſafna.

Sömu, *vid.* ſami.

Son, *vas, qvod melleum poëſeos liqvorem continebat. Hinc & pro poëſi adhibetur.* 54. *Conf. ſupra* bodn, *& infra*, ſoni, *cui cognatum eſt.*

Song, *vid.* ſaung.

Soni, *expiatio, vindicta*, 54. ſona, *expio.*

Sott, *morbus*, 124. (ſæke, *impeto*) Ol. Gl. Synt.

Sotti, ſottr, *vid.* ſæke.

Spann, *aſſerculus, fruſtulum ligni*, 60. *hodie* ſponn, *idem, Dan.* Spaan, *Sv.* ſpaan, *A.S.* ſpon. *Vi vocis ramentum, vel detractio, nam per dolabram ligno detrahitur, à* ſpenia *trahere*, σπάειν, *aliter alii.*

Spiot, *haſta*, 68. *Al.* ſpiet, *Ger.* ſpieſſ, *Dan.* ſpyd, *Sv.* ſpiut, *haſta.*

Spyrr, *vel* ſpurr, ſpurdi, *interrogo*, 22. *reſcio*, 18. *Ita & verbum ſimilis ſignificationis* frag, fregna. Spyria, *proprie inveſtigare, à* ſpor, *veſtigium, Vid.* Ihre & P. Widalin Gloſſar. Jurid.

Spordr, *cauda, extremitas*, 66. *proprie cauda piſcium, Dan. Sv.* ſpord, *idem, forte cognatum* τῷ ſpreyta, *verſare, huc illuc flectere.*

Spurdi, ſpurr, *vid.* ſpyrr.

Stadfeſta, *prædium, proprie locus fixus*, 134. (ſtadr, *locus;* faſtr, *fixus*).

Stadit, *vid.* ſtend.

Stadr, *locus*, 60. *cathedra epiſcopalis*, 112. i ſtad, *loco, vice*, 126.

Stafn, ſtöfnum, *prora & puppis*, 62. ſtafnvalr, *quaſi accipiter prora ornatus, poet. denotat navim*, 36.

Stal, *chalybs. A. Sax. Al.* ſtal, *Angl.* ſteel, *Dan.* ſtaal, *idem*, ſtalaſtyrer, *qvi ferrum dirigit*, i. e. *miles.* 50.

Stalhufa, *caſſis*, 124. (ſtal, hufa, *pileus*).

Sveinn,

Tirædr,

Tuttigo,

U. V.

Vargr,

A. S.

INDEX VOCUM.

Y *vid.* J.

Þ.

Þokknaſt,

Þvilikr,





Corrigenda.

Pag. 28. not. lin. 8. *Ærii*, lege: *Arii*.
— 58. lin. ult. Landraugsh. lege: Laudraugshollte.
— 78. not. lin. 5. pro: Guttormus Bardi filius post Norvegiæ Rex factus, lege: Guttormus Ringarikiæ Princeps, Haralldi Pulchricomi Norvegiæ Regis avunculus.
— 95. lin. 2. *victimos*, lege: *victimas*.
— 110. lin 15. Sæmundur, lege: Sæmundar.
— 115. not. lin. 9. statis, lege: satis.
— 129. lin. 1. *filius*, lege: *filiam*.
— 192. 193. linea, qvæ *Vilborgam* & *Teitum* conjungit, deleatur.
— 193. linea, qvæ *Isgerdam* cum *Thora* conjungit, deleatur.

